

Exercitia Spiritualia Ad Mentem Et Normam D. Ignatii


Conscripta & Adaptata Usui Personarum Ecclesiasticarum Pro sacra
solitudine singulis annis ineunda, & in octo vel decem dies protrahenda

Maffei, Pietro Antonio

Augsburg ; Regensburg, 1740

VD18 80488137

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60293](#)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a. III R. 4507.

9

R. P. Petri Antonii
MAFFEI S.J.
EXERCITIORUM
SPIRITALIUM

PARS II.

8
100
300
et
200
400
600
100
200
300
400
500
600
700
800
900
1000
1100
1200
1300
1400
1500
1600
1700
1800
1900
2000
2100
2200
2300
2400
2500
2600
2700
2800
2900
3000
3100
3200
3300
3400
3500
3600
3700
3800
3900
4000
4100
4200
4300
4400
4500
4600
4700
4800
4900
5000
5100
5200
5300
5400
5500
5600
5700
5800
5900
6000
6100
6200
6300
6400
6500
6600
6700
6800
6900
7000
7100
7200
7300
7400
7500
7600
7700
7800
7900
8000
8100
8200
8300
8400
8500
8600
8700
8800
8900
9000
9100
9200
9300
9400
9500
9600
9700
9800
9900
10000
10100
10200
10300
10400
10500
10600
10700
10800
10900
11000
11100
11200
11300
11400
11500
11600
11700
11800
11900
12000
12100
12200
12300
12400
12500
12600
12700
12800
12900
13000
13100
13200
13300
13400
13500
13600
13700
13800
13900
14000
14100
14200
14300
14400
14500
14600
14700
14800
14900
15000
15100
15200
15300
15400
15500
15600
15700
15800
15900
16000
16100
16200
16300
16400
16500
16600
16700
16800
16900
17000
17100
17200
17300
17400
17500
17600
17700
17800
17900
18000
18100
18200
18300
18400
18500
18600
18700
18800
18900
19000
19100
19200
19300
19400
19500
19600
19700
19800
19900
20000
20100
20200
20300
20400
20500
20600
20700
20800
20900
21000
21100
21200
21300
21400
21500
21600
21700
21800
21900
22000
22100
22200
22300
22400
22500
22600
22700
22800
22900
23000
23100
23200
23300
23400
23500
23600
23700
23800
23900
24000
24100
24200
24300
24400
24500
24600
24700
24800
24900
25000
25100
25200
25300
25400
25500
25600
25700
25800
25900
26000
26100
26200
26300
26400
26500
26600
26700
26800
26900
27000
27100
27200
27300
27400
27500
27600
27700
27800
27900
28000
28100
28200
28300
28400
28500
28600
28700
28800
28900
29000
29100
29200
29300
29400
29500
29600
29700
29800
29900
30000
30100
30200
30300
30400
30500
30600
30700
30800
30900
31000
31100
31200
31300
31400
31500
31600
31700
31800
31900
32000
32100
32200
32300
32400
32500
32600
32700
32800
32900
33000
33100
33200
33300
33400
33500
33600
33700
33800
33900
34000
34100
34200
34300
34400
34500
34600
34700
34800
34900
35000
35100
35200
35300
35400
35500
35600
35700
35800
35900
36000
36100
36200
36300
36400
36500
36600
36700
36800
36900
37000
37100
37200
37300
37400
37500
37600
37700
37800
37900
38000
38100
38200
38300
38400
38500
38600
38700
38800
38900
39000
39100
39200
39300
39400
39500
39600
39700
39800
39900
40000
40100
40200
40300
40400
40500
40600
40700
40800
40900
41000
41100
41200
41300
41400
41500
41600
41700
41800
41900
42000
42100
42200
42300
42400
42500
42600
42700
42800
42900
43000
43100
43200
43300
43400
43500
43600
43700
43800
43900
44000
44100
44200
44300
44400
44500
44600
44700
44800
44900
45000
45100
45200
45300
45400
45500
45600
45700
45800
45900
46000
46100
46200
46300
46400
46500
46600
46700
46800
46900
47000
47100
47200
47300
47400
47500
47600
47700
47800
47900
48000
48100
48200
48300
48400
48500
48600
48700
48800
48900
49000
49100
49200
49300
49400
49500
49600
49700
49800
49900
50000
50100
50200
50300
50400
50500
50600
50700
50800
50900
51000
51100
51200
51300
51400
51500
51600
51700
51800
51900
52000
52100
52200
52300
52400
52500
52600
52700
52800
52900
53000
53100
53200
53300
53400
53500
53600
53700
53800
53900
54000
54100
54200
54300
54400
54500
54600
54700
54800
54900
55000
55100
55200
55300
55400
55500
55600
55700
55800
55900
56000
56100
56200
56300
56400
56500
56600
56700
56800
56900
57000
57100
57200
57300
57400
57500
57600
57700
57800
57900
58000
58100
58200
58300
58400
58500
58600
58700
58800
58900
58900
59000
59100
59200
59300
59400
59500
59600
59700
59800
59900
60000
60100
60200
60300
60400
60500
60600
60700
60800
60900
61000
61100
61200
61300
61400
61500
61600
61700
61800
61900
62000
62100
62200
62300
62400
62500
62600
62700
62800
62900
63000
63100
63200
63300
63400
63500
63600
63700
63800
63900
64000
64100
64200
64300
64400
64500
64600
64700
64800
64900
65000
65100
65200
65300
65400
65500
65600
65700
65800
65900
66000
66100
66200
66300
66400
66500
66600
66700
66800
66900
67000
67100
67200
67300
67400
67500
67600
67700
67800
67900
68000
68100
68200
68300
68400
68500
68600
68700
68800
68900
68900
69000
69100
69200
69300
69400
69500
69600
69700
69800
69900
70000
70100
70200
70300
70400
70500
70600
70700
70800
70900
70900
71000
71100
71200
71300
71400
71500
71600
71700
71800
71900
71900
72000
72100
72200
72300
72400
72500
72600
72700
72800
72900
72900
73000
73100
73200
73300
73400
73500
73600
73700
73800
73900
73900
74000
74100
74200
74300
74400
74500
74600
74700
74800
74900
74900
75000
75100
75200
75300
75400
75500
75600
75700
75800
75900
75900
76000
76100
76200
76300
76400
76500
76600
76700
76800
76900
76900
77000
77100
77200
77300
77400
77500
77600
77700
77800
77900
77900
78000
78100
78200
78300
78400
78500
78600
78700
78800
78900
78900
79000
79100
79200
79300
79400
79500
79600
79700
79800
79900
79900
80000
80100
80200
80300
80400
80500
80600
80700
80800
80900
80900
81000
81100
81200
81300
81400
81500
81600
81700
81800
81900
81900
82000
82100
82200
82300
82400
82500
82600
82700
82800
82900
82900
83000
83100
83200
83300
83400
83500
83600
83700
83800
83900
83900
84000
84100
84200
84300
84400
84500
84600
84700
84800
84900
84900
85000
85100
85200
85300
85400
85500
85600
85700
85800
85900
85900
86000
86100
86200
86300
86400
86500
86600
86700
86800
86900
86900
87000
87100
87200
87300
87400
87500
87600
87700
87800
87900
87900
88000
88100
88200
88300
88400
88500
88600
88700
88800
88900
88900
89000
89100
89200
89300
89400
89500
89600
89700
89800
89900
89900
90000
90100
90200
90300
90400
90500
90600
90700
90800
90900
90900
91000
91100
91200
91300
91400
91500
91600
91700
91800
91900
91900
92000
92100
92200
92300
92400
92500
92600
92700
92800
92900
92900
93000
93100
93200
93300
93400
93500
93600
93700
93800
93900
93900
94000
94100
94200
94300
94400
94500
94600
94700
94800
94900
94900
95000
95100
95200
95300
95400
95500
95600
95700
95800
95900
95900
96000
96100
96200
96300
96400
96500
96600
96700
96800
96900
96900
97000
97100
97200
97300
97400
97500
97600
97700
97800
97900
97900
98000
98100
98200
98300
98400
98500
98600
98700
98800
98900
98900
99000
99100
99200
99300
99400
99500
99600
99700
99800
99800
99900
99900
100000



Sacrorum Exercitiorum PARS II.

Complectens selectas historias Medita-
tionibus cuiusvis dici respondentes

Historia prima

*Pro prima meditatione de ulti-
mo fine hominis.*

Hominis animam immortalem, & non
ad hunc finem creatam esse, ut bonis
transitoriis, & caducis hujus vitæ, sed ut
æternis, & immarcescibilis alterius &
melioris vitæ, siquidem per obsequia DEO
fideliter præstata id meritus fuerit, fruatur,
docet non solùm ab ipsa natura nobis insi-
tum rationis lumen, sed tam Physicis, quæ
moralibus argumentis solidè demonstratur:
hinc nullam unquam, aut uspiam reperire
fuit gentem cujuscunque sectæ vel religio-
nis, quæ alterius, & contrariæ in hoc fue-
rit opinionis. Hinc profluxit communis
illa Philosophorum etiam gentilium, quin
& Poëtarum doctrina, post exactam præ-

(A 2)

sen-

sentem vitam mortalem, impiorum animas in inferno torquendas, justorum vero æternis præmiis ob sua laudabilia & heroica facinora, dum viverent, præstata, in campis Elysii afficiendas esse. Authentica horum testimonia coacervata leges apud Platonem in suo *Phædone*; apud Ciceronem l. 1. quæstionum *Tusculanarum*: apud Origenem l. 7. contra *Celsum*; apud Tertullianum c. 50. de *anima*, apud Raynaudum *Quæst. 4. de Philosophia naturali*.

Verum, etiamsi hic deficeret ratio naturalis, hunc defectum tamen abunde suppleret fides, veritatem hanc non uno in loco clare docens: sic in libro Sapientiae in c. 7. legitur: *Justi in perpetuum vivent*. Sic Christus apud Matthæum c. 20. his verbis nos hortatur: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*. Apud Ecclesiasten c. 12. invenies hoc effatum: *Ibit homo in domum æternitatis suæ*. Ruminata, & perpende verbum suæ: nam facile deprehendes, hoc verbulo clare denotari, immortalitatem non esse donum gratuitò à Deo concessum animæ, sed dotem, ac prærogativam animæ rationali debitam, & innatam.

Non defuere tamen, qui præpostere & temerariè philosophandô, sive ratiocinando, ut Concilium Lateranense sub Leone X. celebratum sess. 4. loquitur, qui immortalitatem animæ in dubium trahere, immò hanc

hanc ex natura sua mortalem esse, sunt ausi
asserere, ab illo ipso Concilio fulminati,
& condemnati. Ex horum grege erat juve-
nis ille Leontius nomine ; cuius funestum
exitum narrat Paulus Zehentner in Promon-
torio malæ spei l. 2. quæst. 11.

Hic pessimè educatus, & sinistris dog-
matibus de immortalitate animæ ab ipsa us-
que pueritia imbutus, sibimet persuadere
volebat aniles nærias, & meras fabulas à
sacris Oratoribus confictas ad frænandam,
& cohibendam plebem, esse omnia, quæ
de futura, & æterna vita dicuntur : homi-
nibus non inesse melioris aut præstantioris
notæ animas, quàm brutis insint, tam pa-
rum immortales, & creatas ad perennem
beatitudinem quàm istas. Confundebat
inter se meritum, & præmium, culpam,
& pœnam, asserens, virtutem esse sufficiens
præmium sui ipsius, & è contrario vitium
sufficienter puniri per seipsum, & esse pœ-
nam sui ipsius.

Bellè profectò ! præmium dignum vir-
tutis sit labor & difficultas, quæ in exercitio
cujusvis virtutis occurrit, & quidem eò
major, quò altior & generosior est ipsa vir-
tus, naturam non recreans, quod præmio
proprium est, sed crucians ; & pœna sit vi-
tii, quod naturam non cruciat, aut affli-
git, licet hoc pœnæ, ut pœna sit, pro-
prium sit ; sed mulcet, & summopere dele-
stat. Quis ille erit legislator, qui pœnam

(A 3) furi-

furibus propter furta commissa infligendam, nullam statuat aliam, quam ipsa furta, sicariis & homicidis ad castiganda homicidia, nil aliud quam ipsa homicidia?

His suis sinistris animi sensis, depravatisque doctrinis adjungebat, præmium iustorum abundans esse pacem & tranquillitatem animi, poenam vero sceleratorum, irrequietum animi remorsum, non animadvertisens, hoc suæ doctrinæ jacto fundamento totam suam machinam & turrim babylonicam funditus everti; nam haec ipsa animi pax, & tranquillitas ut sit solida & stabilis, quæ animam satiet, & præmii naturam induat, denotare, & præviè promittere debet beatitatem aliquam futuram post fata perennem, & imperturbabilem; pariter remorsus ac vultus ille semper edax non aliter terret, & torquet animum, ac poena fit, nisi minitando, & ob oculos ponendo supplicium post mortem impiis decreatum, & certò imminens: Nec infrequens est, ut justi, dum vivunt, post omnes suas justitias, & bona opera, mordacibus exagitati scrupulis, nullâ unquam fruantur animi pace, & tranquillitate; & è contrario scelerati accumulatorum scelerum ingenti mole non raro remorsum opprimunt, in cauteriatis suis conscientiis omnem sensum extinguunt, & cum in profundum venerint, contemnunt.

Tan.

Tandem cùm perversus , & in malo ob-
stinatus juvenis, pressus his argumentis nul-
lam aliam evadendi viam sibi patere adver-
teret, indulxit animæ aliquam immortaliti-
atem, sed extrinsecam , & moralem dun-
taxat, quæ consisteret in perenni Postero-
rum memoria ac reminiscentia , qui justo-
rum virtutes, præclara cedro, ære, & mar-
more digna facta, & heroica facinora sem-
per justis, & dignis laudibus essent celebra-
turi; scelerorum verò acta detestanda , &
abominanda debitum vituperiis essent exec-
raturi. Sed & sic in novos laqueos & pe-
dicas incautè se induit, non advertens, ut
alia taceam, sic præstantissimos, præmiò
dignissimos, omnésque illos virtutum actus
sine omni, etiam minima remuneratione
transituros, ac sepeliendos esse, qui secre-
tò & in abscondito, solo Deo teste exer-
centur; illa verò probra, scelera enormia,
plurima & maxima, quæ ob ipsam suam e-
normitatem, & horrendam turpitudinem
scelerati studiosè hominum oculis, ac luci
subducunt, & densis noctium tenebris se-
peliunt, ab omni suppicio immunia , &
prorsus impunita mansura.

Quis unquam Principum censuit, præ-
clare gesta suorum subditorum, qui præ
aliis de se bene mereri studuerunt, se libe-
raliter remuneratum fuisse, postquam ip-
sos immensis, sed nudis, & inanibus lau-
dum encomiis cùmulavit; perfidorum ve-
rò,

(A 4)

rò, proditorum, rebellium, & lāse Majestatis reorum crima se dignè, & debita severitate castigâsse, postquam ipsos satis acerbè vituperâsset, & increpuisset? amabo, quod præmium, quæ pœna, quæ remuneratio, quæ castigatio æqua sit laus, vel vituperatio cæcæ plebis, quæ toties decipitur, vitium virtutem cui confine, & affine est, reputat, & vituperanda laudat, laudanda verò vituperat?

Verùm hæc, & his similia nullius erant ponderis apud Leontium: aërem verberabant: ibat, quâ cœperat viâ; clauserat oculos Divinæ luci, quæ sola ipsi suos errores detegere, & à lata perditionis via abstrahendum in viam veritatis, ac salutis, in arcam justitiae semitam reducere poterat: tenuis tamen adhuc radius subobscuræ lucis aliquid affundebat, quæ tamen ad abstergendam omnem animo Leontii caliginem, eumque ad saniora revocandum non sufficiebat: hærebat itaque dubius ac perplexus inter verum ac falsum.

Tetricas has cogitationes, & animi luctas dissipatus Leontius opiparum instru curavit convivium, ad quod complures nobilissimos hospites sibi vel sanguine, vel amicitiâ junctos, & stemmate pares inviterat; ut verò famem obsonaret, & ore xin excitaret, solo stipatus famulo deambulatum excurrit: in itinere transeundum erat per cœmeterium, in quo calvariam te-

me.

merè ibi jacentem conspicatus , rediit ad sua
iterum dubia de fidei nostræ dogmatibus ,
omnium maximè de immortalitate animæ :
dum igitur hac cogitatione defixus , has
tristes humani capitis attentè contemplatur
reliquias , fierine possit , secum ait , ut hoc
cranium iterum suo truncō uniatur , & cum
hoc denuo reviviscat ? ut anima illa , quæ
hoc corpus olim jam incoluit , & anima-
vit , de qua nemo scit , ubi terrarum , in
quo mundi angulo delitescat , iterum ad hoc
suum jam vastatum domicilium revertatur ,
& in hoc illum ipsum , quem prius , domi-
natum exerceat ? Dic exsucca , arida , &
ossea massa , quid novi mihi narras de ani-
ma olim tui incola , & arcto connexâ vin-
culo ? Vivitne adhuc , vel dudu in tenuem e-
vanuit auram , nonsecùs , quām animæ mo-
rientium bestiarum ? heustu ; te & animam
tuā tecum invito ad hodiernū meum convi-
vium , ut mihi certa dubia , certos scrupulos
molestos , quos de immortalitate animæ
jam diu sentio , eximas , & quidem hac
conditione , ut si tua domina , sive anima
hac mea invitatione negle&tā , ad mensam
meam non comparuerit , persuasissimum
mihi sit , eam fuisse extinctam , & , tui in-
star , omnis vitæ expertem , nec aliter eva-
nuisse , quām tenuis vapor disparet in aë-
re , & tu in minutissimos pulveres disfluens ,
brevi disparitura sis . His dictis illiso cal-
ce calvariam contemptim protrudens , cœp-
tam deambulationem prosequitur .

(A 5)

Do-

Domum redux , paratis jam omnibus,
lætus & hilaris cum gratissimis hospitibus
mensæ accumbit. Inter jocos , & sales
mensales etiam sermo incidit de incertitudi-
ne bonorum futurorum: hic enim verò fa-
cundiam suam desiderari non permisit Leon-
tius , publicè contestatus , se non solum de
his vehementer dubitare , verùm etiam cre-
dere præter hanc mensam , & hujus delicias
non alium superesse paradysum , aut futura
gaudia.

Sermonem interruptum vehementior &
concitatiō ad palatii portam pulsatio. Ac-
currit famulus , exploraturus , quis tanta vi-
tam audacter , & importunè pulset : redit
pallidus , & totis artubus contremiscens ,
parēmque tremorem , horrorem ac timo-
rem convivis omnibus incutit , ipsi etiam
Leontio , narrans tremula voce , & tituban-
te lingua , ad fores adesse spectrum horri-
bile , larvam avernalem , vivum skeleton ,
vel potius ipsam mortem , ac petere pa-
trisfamilias domini Leontii alloquium.

Hic resumptis tantisper animis , intrepidi-
dum se simulans , mandat famulo , eat ,
nuntiet crudo & importuno interpellatori ,
se neminem in suam admittere præsentiam ,
qui priùs non edixerit , quis , & unde sit ;
quid me velit ; quod ejus nomen ? paret
famulus , quamvis reluctans & invitus : re-
fert responsum , se unum esse ex invitatis &
quidem speciatim ab ipsomet Leontio con-
viva-

vivatore dum hodie manè per cœmeteria
transiret; præcipuam verò adventū sui
causam esse, ut ad propositum sibi ibidem
dubium, desideratam & certam responsio-
nem, atque elucidationem afferat.

Jam non poterat Leontius cohibere am-
plius suppressum hactenus timorem, ac ter-
rorem, optimè memor factæ paulò antè
invitationis, narrando convivis, quid in
cœmitorio contigerit, consilium & auxi-
lium ab ipsis in arena postulans. Unanimi
cōsensu conclusū fuit, rediret jam animosior
famulus, nuntiaret, Leontium ingentes ha-
bere & agere gratias animæ illi pro incre-
dibili favore, quod ex altero usque orbe
huc advolārit: non opus esse alia respon-
sione, aut elucidatione, cum solus ejus
adventus omne sibi dubium jam exemit; rediret
proin, unde venerat, bonis avi-
bus, & sinceret se cum suis convivis, non
perturbatâ mensali quiete, paratas epulas,
quibus ipse non indigere, nec frui pos-
set, absumere. Interea pessulis, vectibus,
& aliis repagulis occludebantur, & obstrue-
bantur omnes aditus portæ, quin & fenc-
stræ domûs, ac triclinii, ne hospes hic pe-
regrinus suâ præsentia communem funesta-
ret lætitiam.

Dum servi & reliqui domestici omnes
junctis viribus mandato labori incumbunt,
in convivali aula, unde unde demum in-
gressus, jam præsens adstat hospes ossus,

&

& sine ulteriore mora Leontii se jungens la-
teri, mensæ assidet, reliquos missò timo-
re bene sperare jubet, ajens, se à D E O
huc adesse jussum, ut Leontium suum dedo-
ceat errorem: ad quem conversus ita in-
tonat: audi Leonti, qui fidei orthodoxæ
dogmatibus omnem fidem abnegas, eaque
inter Poëtarum ingeniosa commenta, ac
fabellas doctas nūmeras, scito, animam in
altera post istam vita, vivere semper im-
mortalem, & post latam à Divino judice
sententiam decretoriam, juxta merita sua
vel præmiis afficiendam, vel juxta demer-
ita, & scelera sua pœnis æternis castigan-
dam: tutò credere mihi poteris; sum enim
patruus tuus, tu verò meus nepos: verùm
infelices ambo, nam ego longo jam tem-
pore uror & crucior flammis infernalibus,
quibus tu paulò pòst unà mecum ardebis
æternùm. Dixit, & miserum, præ timo-
re jam pænè exanimem Leontium utraque
manu arreptum tanto impetu muro illisit,
ut fracto cranio cerebrum cum copioso
sanguine per pavimentum diffueret. Cru-
entum, & calidum adhuc cadaver, suis
humeris impositum, per aëra avolans se-
cum asportavit, in inferni barathro sepe-
liendum, attonitis, & ecstatis terrore, sta-
tuarum instar, defixis convivis, cæterisque
circumstantibus.

Et hic est finis tragicus juvenis incredu-
li, dissoluti, & male feriati, qui dubitans
de

de immortalitate animæ, & futuræ vitæ
præmiis, ac pœnis, hæc omnia inter fabu-
las, & commenta ad terrendam plebem
simplicem conficta tamdiu numeravit, &
hinc finem suum ultimum in fruitione bo-
norum caducorum hujus vitæ, præter
quam nullam agnoscebat aliam, collocavit,
donec, sed serò nimis, altiore magisterio,
proprio, & irreparabili damno contra-
rium edoctus est.

Tu prudentius & cautiùs tracta tanti
momenti negotium, & elige potius alieno,
quam propriò damno, & non cum Phry-
gibus sapere: cura, ne de illorum grege
sis, qui laxatis cupiditatum, & perverso-
rum animi affectuum habenis cæco impetu
in omnis generis vitia proruunt, ac ferun-
tur, ut meritò credi possit, eos Leontio
non multùm absimiles exiguum, vel nullam
adhibere fidem illis, quæ tibi in prima
meditatione serìo perpendendæ propositæ
fuerunt, æternis veritatibus, solidisque no-
stræ religionis fundamentis, imprimis te à
Deo creatum, ut æternis alterius vitæ, non
ut caducis hujus vitæ bonis fruaris.

Historia secunda.

*Pro meditatione secunda de fine
vocationis ad statum Ecclesiasticum.*

Si omnes sacerdotes non ad aliud colli-
marent scopum, non aliud spectarent,
quam

quam illum, propter quem Deus illos præ aliis ad sublimem sacerdotii statum vocavit, & evexit, nec ipsi, nec populi ipsorum curæ commissi tot subjacerent defectibus, & peccatis: sed quia non exiguis numerus eorum est, qui parùm solliciti de adimplenda vocatione sua, eos ad serviendum Deo longè præ aliis perfectiore modo obstringente, nec suam propriam, nec proximi salutem serio curant, aut cordi habent; cum tamen utrique pro viribus promovendæ se totos impendere, & superimpendere deberent; tot nascuntur, & irreputant morum corruptelæ, tanta laxitas, tanta Divinarum rerum incuria, vilipendio, neglectus, ne dicam contemptus, non minus in Ecclesiasticum, quam sæcularem statum.

Ex his sufficiat nunc in testimonium & exemplum huc adducere parochum illum Hispanum cujusdam oppidi Diœcesis Cauriensis in Extremadura non procul dissiti ab amne Alagona, ubi hic se in finibus Lusitaniae Tago infundit.

Emerserat hic ad munus parochiale per improbum, quo studiorū tempore adhibito magnum sibi scientiarum variarum thesaurum comparaverat, laborem. Hinc dignitatem hanc Ecclesiasticam considerabat non ut beneficium sibi gratuitò, cum annexo tamen onere in vinea Domini impiè laborandi, ac sudandi, collatum, sed ut

ut opus manuum suarum, ut fructum laborum suorum præcedentium, ut mercedem his, & partis per hos scientiis debitam, qua tanquam re sua liberè & pro libitu uti, & frui posset, ut narrat Joannes Magnus *in suo theatro* tit. 73. num. 9. & Carolus Bovius *parte tertia exemplorum exemplo* 21.

Hic itaque potius in id intentus, ut parceretur à grege mercenarius, quam ut parceret gregem verus ac genuinus pastor, verbo Dei, Sacramentis, & exemplo, ultra modum, & limites præscriptos deditus venationi, quæ ipsi ferè totum tempus, officii sui functionibus, & sacratioribus curis debitum, sacrilegò furtò surripiebat, festa quadam die summo manè ex condicto, multis etiam ex suis oppidanis stipatus sociis, cum ingenti canum turba, venatum excurrerat, post redditum circa meridiem Sacris operaturus, & sonoræ campani suos parochianos advocatus. Enimverò bella, & fervens ad sacrificandum, Deoque immolandum in ara Divinum Agnum præparatio, cruentæ ferarum cædi subjugere incruentam DEI hominis immolationem.

Inter alias feras, quas venatici canes inseuti sunt, comparuit etiam fugitus cuniculus non minima hispanicarum venationum pars, qui se imminentí neci substratus, pernicissimo cursu subterraneum suum

suum specum subiit. Advertit hoc venatorum coryphaeus parochus, citatisque passibus insequitur: non evades jam, secum ingeminans, manus meas, simplex bestiola, tu credis te in tuto esse, te in tuo antro securum invenisse asylum, venatorum insidias, canum venaticorum furias, omnem periculum effugisse, & non advertis, te temetipsum in casas induisse, in muscipulam incidisse; certe has manus meas non effugies: nec ultrà moratus, in foramen brachium dextrum immittit fugitivum cuniculum extracturus. Sed capiens captius est, nam tanta vi ejus dextra prehensa, & attracta fuit, ut nullo conatu illam expedire, & retrahere potuerit. Interea os foraminis sensim, magis ac magis se dilatabat: auxilium, in clamabat miser venator, auxilium; adeste socii, juvate; mea mihi manus eripitur, nullis amplius viribus dexteram meam recipere, & ex hoc foramine retrahere possum, quin momentis singulis, ut cernitis, profundius demergor; succurrite, opem ferte promptam, juvate.

Sed quis tantâ violentiâ attrahebat, & detruudebat miserum clericum venatorem? Non utique imbellis & imbecillus lepusculus, cuniculus: non lupus, non leo aliquis, quem arctus foraminis aditus non admittebat, & angustus antri sinus nullatenus capiebat, nec cuniculus tam ferocibus hostibus in suo tenui cubili quiete, & ami-

cē cohabitare poterat. Sed quis dubitet, quin sub cuniculi specie latuerit lupus, & leo infernalis, quem S. Petrus describit: *Diabolus tanquam leo rugiens circuit quārens, quem devoret. I. Petr. c. 5.* quin os & aditus illius antri, vel spelæi subterranei fuerit atri janua Ditis, & porta inferni os suum dilatantis ad deglutiendum pinguem bolum, Parochum officii sui oblitum, suarum commoditatum, & cupiditatum unicē studiosum, incumbentis sibi curæ, gregem sibi concreditum sedulō pascendi, sacra, præfertim diebus festis suo tempore & loco administrandi, incurium: *dilatavit infernus animam suam. Isa. c. 5.*

Adfuēre tandem clamoribus pereuntis Parochi sui, exciti venationis socii, & com-militones, sed serò nimis, nam toto jam corpore in illud antrum, sive receptaculum demersus, absorptus, & sepultus erat: audiabantur tamen adhuc ejulantis, & lamentantis clamores; Virgo beatissima! Virgo Mater Guadalupensis, Mater Misericordiæ, juva, succurre, miserere: hæc repetebat sine ulla interruptione, sine pausa: sensim tamen & paulatim decrescebat vox, ut fit, quando clamans semper magis, & remotius à nobis discedit; tandem omnino audī desiit.

Subinde in medium consulunt venationis socienni de excogitando medio, quo Parochio suo succurri posset, Animosiores

(B)

cen-

18 Pro II. Medit. de fine vocationis.

censebant receptaculum illud ligonibus apriendum, foramen dolabris excavandum, vectibus disjiciendum; donec ad fundum hujus latibuli penetretur: alii timidiores hoc consilium tanquam plenum periculi rejiciebant, veriti, ne latens aliquod monstrum eruerent, quod subinde in ipsos sive liberatores, sive quietis suæ turbatores venenatam rabiem evomeret.

Vix inter ipsos auctoritate, & prudentia primus litem diremit, gravibus adductis rationibus, quibus sententiam latibulum effodi cupientium, evertens, cum demonstrasset, nec instrumenta ad hoc efficendum necessaria ad manus esse, deesse & tempus, quod satis longum requireret tantæ molis eversio, & dissectio; longius se domo abesse, unde sociam operam cum instrumentorum copia accessere liceret: festum & ad meridiensem vergentem diem urgere, Ecclesiæ ut præcepto obtemperantes, Missæ intersint sacrificio, sub quo eò ardenter beatissimam Virginem de Guadalupe in vota vocare, ejusque opem pro Parocho implorare, & exorare possint.

Huic sententiæ mox accessere reliqui, quorum ex numero quidam subjunxit: factum bene: supplicium est, à Deo justè inflatum nostro Parocho, cui magis haec nuscordi fuit venari feras, quam animas. Huic avulso non deficiet alius Pastor majore zelo, & pietate erga suas oviculas ar-

dens; profectò, quicunque tandem succedit, facile melior, & præstantior erit priore.

Mox omnes simul ad proximum convolaverunt templum, & sacrificio Missæ summo cum fervore interfuerunt, solo Parochio desiderato, qui tamen post aliquot iterum dierum spatum comparuit, sed fœdum in modum deformatus, ambusto, fumoso, atro, macilento, torvo, terrificoque vultu, ut ægrè à locis suisque domesticis ac consanguineis agnosceretur.

Interrogatus, ubi tandem hæsisset, reposuit, seipsum hoc nescire; facile tamen colligi posse ex stigmatis, & deturpato vultu, se in inferno vel fuisse, vel non procul absuisse; certè videbar mihi in mediis conflagrare flammis, tantus erat calor, qui me urebat: non cessabam iterum iterumque invocare beatissimam Virginem Guadalupæ propitiā, ejusque votis utique ardentissimis implorare auxilium, donec meis, & longè magis vestris pro me interim fusis precibus emollita misericordiæ Mater me diabolico latibulo exemptum pristinæ libertati restituit. Inde viâ rectâ, omni sublatâ morâ, ad Virginem Guadalupensem evolavi potius, quam cucurri, debitas gratias benignissimæ liberatrici, quæ me ex ipso quodammodo inferno extraxerat, perfoluturus. Voluit tamen beatissima Virgo vultu meo perpetuò inhærere fœdos hos;

(B 2)

quos

quos cernitis, characteres, qui & me & vos assiduè commonesciant, dies, quos Deus sibi, suóque cultui ac honori dedicatos voluit, non venationibus, non jocis, non vanis ineptiis, aut conversationibus, & confabulationibus terendos, multò minùs lusibus, tripudiis, compotationibus comburendos, sed divinis Officiis, concionibus, Catecheticis instructionibus, longioribus orationibus, vel piorum electioni librorum devotè impendendos; Parochis autem indefessè allaborandum, suas ut conciones, catecheses &c. parent, cunctique auditorum accommodent, cum fervore, & zelo perorent; debito & consuetudo tempore, cum decore & competente gravitate sacra administrent &c.

Hoc ipsum repetebat, & inculcabat sibi piùs etiam è suggestu suis auditoribus. Longè tamen efficacius perorabant, & uberiorē fructum pariebant signa illa terrificā, ejus vultui impressa, nunquam amplius, nec ipsa quidem morte, deleta, vel erasa; uberrimum verò fructum peperit mutata in melius vita, quam postea duxit, omnibus, quæ in zelo, vigilante, indefesso, ac vero Pastore desiderari possunt, virtutibus ornatam.

Posuit tibi ob oculos sacerdotem sui officii, suæ obligationis oblitum, suæ vocationis incurium, in promovendo Dei cultu, & honore, in procuranda salute proximi

misericordem, & superinè negligentem, & ideo
à Deo punitum, ut discas & intelligas, dum
à Deo ad sacerdotalem vel Ecclesiasticæ vitæ
dignitatem vocatus & assumptus es, te
non vocatum & assumptum fuisse ad vitam
mollem, otiosam, voluptuosam, & deli-
ciis deditam, qua in opinione fuisse Paro-
chus ille videri potuit, qui delicioso tuscu-
lo exreditibus Ecclesiasticis exstructo hanc
in fronte epigraphen inscribi jussit: *Deus no-*
bis hæc otia fecit. Sed vocatus es ad laborem,
qui necessarius est, ut exercitiis, & fun-
ctionibus suis Ecclesiasticis satisfacias. Si
tux obligationis, & vocationis immemor,
totum te effuderis in delicias, in nugas, in
venationes, lusus, convivia, inutiles cir-
cumcursationes, & recreaciones. Parochi
eius sinistram vivendi methodum tibi pro-
posuimus, exemplo meritò tibi metuen-
dum, ne eodem modo, vel longè etiam se-
verius, quam Parochus iste, à DEO pu-
niaris.

*Historia tertia.**Pro tertia meditatione de gravi-
tate peccati mortalis.*

AD finem hujus meditationis tibi osten-
sum est, etiam unius tantum gravis
peccati reum, æternis inferni poenis puniri.
Hoc experti sunt, & hodie dum experien-
(B 3) tur

tur apostatici illi spiritus, prævaricatores
Angeli, qui ob unicum, mente tantum
perpetratum peccatum à divina Nemesi &
eternis gehennæ suppliciis sunt addicti. Nec
desunt ex humano genere complures, qui
pariter ob unicum, primūmque peccatum
ad tartara detrusi, eandem pœnam luunt,
ex quo clarè relucet. & æqua lance ponde-
rari potest gravitas eijam unius solius pec-
cati mortalis: & tamēp., quod mirum est,
citra condignum, & longe levius, quam
meretur, quævis noxa, qua infinita Dei bo-
nitas, & majestas graviter offenditur, e-
tiam tantâ pœnâ punitur, & castigatur.

Ex multis eorum, qui post primum sta-
tim peccatum mortale pœnis æternis addicti
fuerunt, unum feligo recentius, & nostris
temporibus propinquius exemplum, quod
præter alias narratur ab Andrea Agnesi in-
ter suas historias tragicas, vel eventus fu-
nestos quartô locô.

In Austria scholas Patrum S. J. frequen-
tabat juvenis & indole & sanguine, & om-
nis generis virtutibus nobilissimus, flos &
ornamentum Gymnasii, dignus, qui ad imi-
tationem omnibus reliquis, præsertim suis
condiscipulis à suo Patre Professore propo-
neretur. Nemo illo diligentior, mode-
stior, submissior, obedientior, religionis,
pietatis ac devotionis studiosior, nemo mun-
di hujus volupratum, carnisque illecebra-
rum osor acerbior,

Fi-

Finitis scholis die quadam adfuit suæ custodiæ, ut inter nobiles laudabilis mos obtinet, domum comitaturus hunc commissum juvenem, constitutus etiam ad hoc munus e clero Pædagogus: sed hic ovinâ pelle vestitus lupus, non jam innocentis Tobiæ Raphaël, qualis eousque videbatur, sed versipellis Asmodæus, ab initio quidem nonnisi de rebus pii, & devotionem erga superos foventibus, vel de litterariis, in reditu sermones miscere solitus, ea die, & occasione sensim deflectere incepit ad alloquia de delitiis & voluptatibus sensilibus, & carneis, has ita dilaudavit & extulit innocentem, & harum pon solum ignaro, verum etiam jurato hosti & contemptori juveni, ut in his vitæ præsentis beatitatem, harumque fruitione summam felicitatem consistere affirmaret: si has placeret semel tantum delibare, offerebat operam suam, spondebatque lenocinio sacrilegō, se facilimam & occultissimam ad hoc straturum.

Nefandum scelus! homo consecratus Deo, & hujus obsequio, abominanda infidelitate animas divini sanguinis immenso pretio emptas, & redemptas, quas Deo adducere & lucrari quibuscumque impendiis deberet, Deo eripit, & dæmonis faucibus immegit.

Sed hac, & aliis etiam vicibus malignas artes, & repetitos insultus sacrilegi seducto-

24. Pro III. Medit. de gravit. peccati mort.

ris firmior juvenis innocentia retudit & elu-
sit: hæsit tamen menti altè impressa imago
turpidinum, vivis coloribus ab hoc sa-
cro pictore tam bellè depictarum. Nocte
diem sanctis Innocentibus sacrum subse-
quente, quam ducebat insomnem, recur-
rere species & ideæ illæ pudendæ, quas tam
profundè insculperat molli animo, stren-
nuus, si superis placet, paedagogus & in-
structor, de fœdis & fœtentibus carnis vo-
luptatibus: hærent aliquamdiu fatales infer-
ni scintillæ; non exutuntur; non extin-
guuntur; nec in cunis statim suffocantur;
follem admoveat Asmodæus, sufflat, af-
flat, inflat, ut tandem orcinum excitetur
incendium, & omnem depopuletur inno-
centiam. Mente secum volutabat, & re-
putabat incautus juvenis, quænam tandem
forent voluptates, & deliciæ illæ, quas to-
ties, & tam amplis laudibus extollebat dux
& custos ille suus. Periculi plena cogita-
tio, cui diutius æquô aures præbuit, tan-
dem extudit complacentiam, complacentia
consensum, & turpe propositum eapiendi
harum cupediarum tenue experimentum,
& guttulam tantùm tam mirè dilaudati mel-
lis degustandi, quàmprimùm denuo à suo
instructore ad id invitandus esset: anima-
batur ad audendum spe certâ, per exho-
mologesim & pœnitentiæ sacramentum om-
nem iterum noxam, & maculam, si qua
etiam gravior contraheretur, facile expiandi.

Quid

Quid posset stultius esse , & concludi ? Bibam venenum mortiferum , non enim de-
est antidotum , & medicina , quæ illud ite-
rum depellat : infligam mihi vulnus lethale ,
nam mihi ad manus est præstans opobalsam-
um , præsens remedium ad curanda vul-
nera omnia . Quis , amabo , hominum ,
qui non careat intellectu , unquam decer-
net aliquid facere , cā animi intentione , ut
postea illud factum quod fecit , infectum
velit , & tam amaro dolore desfeat , qui
pœnitentem adigat ad detestandum super
omnia mala , & ad quocunque ex his po-
tius incurendum , & tolerandum , quām
illud fecisse , quod fecit : & tamen ita con-
stitutum esse oportet dolorem serio pœni-
tentis .

Denique Deus , qui peccatori pœniten-
tiam veram , & seriam agenti veniam pro-
misit , non promisit tempus , nec auxilium
efficax , utrumque necessarium ad veram ,
& seriam pœnitentiam agendam . Id quod
temerario , & infelici huic juvenetiam eve-
nit : nam post assensum liberè , & consideratō impuræ cogitationi præstitum , obdor-
mienti venâ in pectore quocunque tandem
ex symptomate ruptâ , tam copiosum effu-
dit sanguinem , ut hunc non solum per os
ubertim protruserit , sed etiam cor oppres-
serit , & suffocaverit , ne momento quidem
temporis ad pœnitendum , aut serio dolen-
dum relitto , in momento ad inferna descen-
(B 5) dit.

dit. Job. c. 21. quod ex sequenti eventu patuit.
 Manè, quod funestam noctem subsecutum est, à famulis infaustus juvenis inventus est in lecto extinctus, sanguinis profluvio innatans: currunt hi ocius ad patrem, fatalemque casum non sine lachrymis nuntiant; qui doloris vehementia vix non exanimatus concidit. Sibi tantisper restitutas, solatii aliquid hausturus ad Collegium properat, tristem suavissimi, & dilectissimi filii sui casum ejus Patri Professori inter amarissimas utrinque lachrymas narrat, similemque rogat, dignetur in suffragium pro anima defuncti sacrificium Missæ Omnipotenti Deo placando paulò post offerre.

Non mihi persuadere possum, reponit Magister, leviore me tangi dolore ob jaeturam tam inexpectatam, quam crucietur cor paternum illustrissimi domini patris, nam ipse perdidit quidem filium omni amore dignissimum, ocellum suum, ego vero, & tota mea schola mecum amisimus vivam modestiæ & sanctitatis ideam, virtutis speculum, quod à me discipulorum oculis proponi ad imitationem, ipsi vero tanquam securam normam & regulam omnis probiratis sequi poterant: licet autem hoc ipsum jaeturam tam præstantis & egregii juvenis, floris præproperè, antequam ad maturos fructus ferendos adolesceret, decerpti, faciat graviorem, & amariorem simul, tamen

redit etiam leviorem, & mitius ferendam, si consideremus ejus integritatem, innocentiam, virtutum decora, quæ ipsum reddebant cœlo maturum; fors raptus est, ne malitia perverteret intellectum, & dum pater amittit filium, Magister discipulum longè dilectissimum in terra, ambo acquirant Angelum in cœlo: cessemus ergo ipsius superna turbare gaudia importuno luctu. Quamvis autem credam, ejus raram, & angelicam innocentiam non indigere ullis suffragiis, vel propitiatoriis sacrificiis, tamen cum etiam nitidissimis speculis sui quandoque adhæreant pulvisci, & in Angelis etiam perspicacissimus Dei oculus nævos aliquos detegat, antequam ad scholam accedam, accedam ad altare, & quidem sacrarum indulgentiarum prærogativis ad expiandas lustricis ignibus detentas animas donatum, piaculare sacrificium Deo oblaturus.

Postquam hoc solatio afflictissimi patris dolorem mitigavit, Magister suis staturus promissis ad sacrarium properat, ut se ad sacrificandum præparet, & accingat: sed enī dum januam aperit, sentit hanc ingeniti vice contra se retrudi, & denuo claudi. Territus sacerdos, causam violentiæ ignorans, quam nec vehementiori vento, cum nullus spiraret, nec ulli hominum fors obnitemi, cum nullus appareret, adscribere poterat; aliquamdiu subsistit secum reputans, quid agen-

agendum; tandem collectis majoribus, quam prius animis, ac viribus denuo appetit januam, sed majori etiam impetu se repelli, & januam in facie sibi occludi sentit: enim verò novo terrore consternatus sacerdos, Deum bonum, exclamat, an forsan animæ meæ hærens gravior noxa, me indignum facit, qui ad aram sacrificaturus accedam, & hoc modo mei delicti admonet? Verùm quantumcunque abdita, & intima cordis mei scruter, & perscruter, occurrit nihil, à conscientia nec minimum sentio remorsum. Perrumpendum, & intrandum est reluctante, & ringente orco, cui palmarum non cedo. Tertium itaque molitur assultum, sed tertio etiam reprimitur. Tunc enim verò cohorruit, & frigidus tremor membra concussit, non aliter quam fieri solet ad præsentiam umbræ infernalis ex altero mundo reducis: sed hoc excusso, intrepidè inclamat, quisunque & undecunque sis, qui me ab ara, & sacrificio arcess: adjuro te, & impero tibi in virtute IESU Christi, & illa authoritate sacerdotali, quam ab illo accepi, edicto: quis es tu? qua de causa me ab ingressu in hoc sacrarium tam pertinaciter rejicis?

Ah Pater mi! resonat lamentabilis responsio, voce Patri nota, Pater mi, ego sum anima juvenis illius, tui discipuli nocte præterita defuncti: Deus non admittit, vetat pro me sacrificium offerri incalsum, & mi-

mihi non profuturum : hinc te repello ab ingressu hujus sacri loci.

Imaginabar mihi equidem , subjungit Pa-
ter, te non indigere meis suffragiis, & pi-
is subsidiis, cùm satis te tua innocentia, &
vitæ, quam duxisti integerrimam , & An-
gelicam, tenor à purgatoriis ignibus immu-
nem, & tutum reddiderit , cœloque sine
ambagibus recta invexerit.

Ah nimium quantum deciperis , subjun-
git anima , toto aberras cœlo ; ego, proh !
dolor, ego sum in inferno , sum damnata,
sum æternis adjudicata incendiis.

Quid ain ? in inferno ? ah deceptor de-
testabilis , hypocrita , qui simulatā sancti-
tate nobis omnibus illusisti ! Non ita est,
respondet anima infelix ; vera , non ficta
erat mea morum integritas, virtus, & in-
nocentia ; nox præterita me perdidit , &
quidem æternūm ; dum insomnis aliquam-
diu lascivæ cogitationi , turpique desiderio
cum delectatione sciens volens inhæreo,
cum proposito id, quod mente volvebam ,
proximè exequendi ; tam malè constitutum
improvisa nōs oppressit : his dictis in hor-
rendos , & desperationis plenos ejulatus ,
& ululatus prorumpens in infernalem aby-
sum præceps abiit, liberūmque jam aditum,
& apertam portam ad sacrarium reliquit,
dum interim attonitus, sideratus, & sui im-
pos statuæ instar immobilis ibi hæret sacer-
dos.

Quis

Quis ex hoc tam funesto casu non abhīdē colligit etiam unius tantum peccati mortali gravitatem, quamvis sola mente, & voluntate perpetratum, nec in opus exteriū unquam deductum sit: & talis culpa etiam unica meretur puniri æternis suppliciis, quia & hæc supplicia sunt infra condignum, & malitiam etiam talis culpx non adæquant. O peccatum, o peccatum, quam grave es! Quid ille cogitare, & dicere poterit, qui tot, ac tanta committit peccata, & quidem gravissima: qui bibit iniuriam velut aquam? cogitare, & dicere debet, se tot inferni dignum, quot gravia peccata commisit: agnoscere, & facteri debet, innumerabilibus se gratiis à divina misericordia cumulatum, quin imò obrutum fuisse, & quidem tanti ponderis, ac pretii, ut vel una sufficeret ad infelicem juvenem ab interitu præservandum, cùm tamen divina justitia ne unam quidem ex his, vel huic limitem ipsi indulserit. Immensas, æternasque gratias & laudes Deo debebit dicere & offerre, protanta patientia, & longanimitate, qua ipsum tamdiu sufferre, tolerare, & vindicem dexteram cohibere dignatus est, singulis diebus, quin si fieri posset, singulis momentis ingemnando, & repetendo: *Nisi quia Dominus adivit me, paulò minus habitasset in inferno anima mea. Psal. 93. Misericordia tua magna est super*

per me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Psal. 85.

Historia quarta.

Pro meditazione quarta de peccatis propriis.

EX peccatis saepius commissis, & frequenter repetitis nascitur habitus, & consuetudo ejusdem generis, cuius sunt peccata; sicut ex actibus virtutum frequentatior habitus & consuetudo; illa inclinat, & trahit ad malum, & in perniciem, hec inclinat & trahit ad bonum, & ad salutem: habitus semel contractus, praesertim ad peccandum, si profundas & firmas in humano corde radices egit, difficulter iterum tollitur, & eradicatur, sed pondus addit non leve ad renovandos identidem actus illis similes, per quos productus, & stabilitus fuit. Vx illi, qui se in vitiosum habitum, in consuetudinem peccaminosam ab ripa permisit; semper de malo in pejus, de peccato in peccatum, ac rectâ & regiâ perditionis viâ, à qua, nequidem cum senuerit, recedet, in interitum ibit, & præceps ruet, in illo, in quo vixit, etiam moriturus peccato, ne ipsa quidem miracula, quæ divina misericordia adhibere non raro solet, sufficient ad emolliendum, & inflectendum cor induratum.

Hoc

Hoc non leviter à me dictum demonstrabit eventus, & infelix exitus duorum hac peste infectorum; hunc exponunt tum Alexander Faia in sua summa exemplorum titulō & verbō: *Consuetudo*: tum Carolus Bovius parte tertia exemplo 9. uterque S. J.

Duo juvenes, quorum uni nomen Brutus, alteri nomen Claudiū, ad vitandam confusione imponemus, icto inter se infamitio-
dere, Madriti regiā in Hispaniis civitate, scortum utriusque communi crumenā ad ne-
farios usus alebant. Claudiū fortassis mi-
nus reum, de suo lethargo excitare conatus
est misericors Deus, objectā in somnis ter-
rificā imagine. Videbantur ipsi in cubile
suum irrumperē duo gigantes proceri, ro-
busti, nigerrimi, truci, & horrido aspectu,
qui eum vi arreptum asportarent, & in ri-
pa maris tumultuosi, s̄evissimis tempesta-
tibus, furentibus procellis, fluctuum us-
que ad astra se extollentium furore, interlu-
centium fulgurum tetro splendore, & rebo-
antium tonitruorum pavendo fragore hor-
ridi, & furibundi deponerent. Advola-
bant in suis triremibus, & celocibus pyra-
thae, æthiopibus nigriores, terribiles visu
formæ, qui facta in littus exscensione quid-
quid hominum occurrebat, capiebant, &
vinculis constricta secum in diram captivita-
tem abripiebant miserrima mancipia: horum
gregi immixtum vidi etiam Brutum, indi-
viduum suum socium: jam toto advolabant.

&

& irruerant impetu, ut ipsum pariter vinculis & catenis oneratum secum abstrahebant, sed ad invocationem Nominis Mariæ, & imploratam ab hac divina Matre opem, funesta scena evanuit; at huic mox alia successit priore horribilior.

Spectandum se dedit divibus judex pro tribunali sedens, cui ad dextram assidebat Virginica Mater; thronum cingebat ingens Angelorum corona: Judex indignabundo cum vultu intuitus, jam distrinxerat Vindicem justitiae gladium, fatalem vibratus ictum in reum caput: In his pariter angustiis denuo recurrit ad Matrem misericordiæ, ejusque opem longè ardenterius, quam prius implorat, votô se obstringens, si ex præsenti periculo emergeret, se religioso Ordini mancipandi, rigidaque pœnitentiâ prioris vitæ errores abolendi, & correctio-rem vitam inchoandi: valuere denuo preces: stitit, cohibuit pia Mater in ictum jam pendentem divinæ Nemesis dexteram: fulmen jam ardens, jam imminens restinctum, & suspensum est. Claudius è somno evigilans, non sine admiratione, & stomacho videt non solum pulvinaria, & totum lectum, sed ipsum etiam vicinum pavimentum sudore, & lachrymis, quas nocte illa tremenda fuderat, madidum: Ruminans itaque, & secum recoquens prioris noctis angustias, minas, & non vana, sed à monitore Deo, citra dubium, ut meritò

(C)

cre-

credebat, immissa somnia, seriò decrevit vestem, & vitam mutare, strictioris regulæ Monachum induendo.

Dum Claudius ita secum argumentatur, & optimè concludit, adest Brutus socius individuus, & familiaris amicus: hic Claudium adhuc lachrymis madidum, caperatâ & turbidâ fronte ingentem tristitiam præter morem præferre conspicatus, heus, inquit Claudi, quid hæc portendunt? quid scenam, & frontem alias semper serenam tam fœdè mutavit? an loco solitæ comœdiæ tetricam hodie dare paras tragœdiam? quæ causa tantæ, & tam insolitæ tuæ tristitiae?

Ad hæc Claudius enucleatè Bruto enarrat omnia, & singula, quæ sibi in somno præterita nocte fuerant objecta, simulque seruum suum non solummodo propositum, sed etiam votum Deo factum, mutandi in melius vitam, & ad seriam pœnitentiam agendam amplectendi severiorem aliquem Ordinem religiosum, atque maturè, & temporì adhuc retrahendi pedem à præcipitio, ad cuius extremum marginem à peccatorum suorum pondere se jam protrusum hac nocte viderat: tempus esse, & hoc fortassis breve, seriò cogitandi de pœnitentia, de vera emendatione vitæ hactenus tam luridè actæ; se non dubitare, quin Brutus ejusdem secum sententiæ, & animi sit, cùm minæ à Deo intentatæ non minùs ipsum, quam se-

feriant, & periculum utriusque sit com-
mune.

Amaro risu hanc narrationem excepit
Brutus, & tu, subjungens, tam vacors &
stultus es, ut somniis credas, vix edentula
prudentior vetulâ? quin & me conaris in
hoc morodochium pertrahere, & tuâ stul-
titiâ inficere: Apage, vilem & dejectum
animum erige, male fundatam tristitiam
excute, priores resume spiritus. Et ego
cupio salvari, & cœlum consequi, nolim
tamen florem ætatis, vigorem vividæ juven-
tutis torpidâ tristitiâ exsugere, & pessum-
dare. Superest tempus, quod sibi vendi-
cet pœnitentia, nempe futurum, & magis
maturum; præsens adhuc viride, & imma-
turm tempus debetur florenti juventuti:
fides ipsa docet, ad consequendam salutem
satis esse, si quis vitam suam claudat, &
moriatur in statu gratiæ; non opus esse, ut
quis in hoc statu etiam vitam ducat, &
protrahat, nec multum referre, etiamsi ju-
veniles anni mundi gaudiis, voluptatibus,
& deliciis fuerint immolati: excute ergo
tetricum torporem, fanaticum timorem; ad
amicam, ad amicam, quæ nos avidè ex-
pectat; hæc dissipabit omnes has atras nu-
bes, dispellet phantastica turbati cerebri
phænomena.

Hoc colloquium interruptum celeriter ac-
currens famulus, Brutum monens, anxie
ipsum expectari ad portam à duobus no-

(C 2)

bili-

bilibus juvenibus , qui ajunt , se habere summi momenti negotia cum ipso tractanda , quæ nec minimam patientur moram : statim adero , respondet Brutus ; tu Claudi , te interim accinge itineri , mox inē habebis reducem , & comitem ad notam domum .

Per scalam desiliens , ad excipiendos omni humanitate binos juvenes properat ; erant isti duo rivales Bruti , & idem cum ipso ostendentes canes ; involant itaque in ipsum caninâ rabie , & manibus apprehensum innumeris pugionum ictibus pertundunt , atque instar cribri perforatum suo sanguini innatantem , exanimem ibi relinquunt , celeri sibi fugâ consulentes .

Accurrit quidem audit o rixantium tumultu Cladius , sed serò nimis ; conspicatus exanime socii confossi cadaver , ad tam triste , & flebile spectaculum cohorruit , hæsitque attonitus siderato similis , advertitque , imò manibus palpare potuit , nocturnum suum somnium non vanum phantasma , sed veridicam Dei monentis , & minantis præsagitionem fuisse . Itaque si unquam alias , tunc certè territus & consternatus omni ruptâ morâ se sacri judicis pedibus in sacro tribunali adsternit ; narrat totam tragœdiam , & sanguineis lachrymis deplorandam catastrophen ; addit , te voti concepti religione adstringi ad valedicendum mundi sceleratis illecebribus , & deliciis , séque D E O totum consecrandum , emaculatâ priùs ab omnibus

bus sordibus animâ, & purgatô hoc Augiæ stabulô, in sacro aliquo rigidioris disciplinæ Ordine, votum renovat, & stabilit; fundit plures lachrymas, quam verba, serio pœnitentis, & verè contriti cordis luculentas testes, suos prioris vitæ errores enormes ritè confessus & detestatus absolvitur, atque ita divinæ gratiæ, & amicitiæ restituitur: monetur tamen suæ obligationi, quam sibi met emissô votô liberè imposuisset, ocyùs, & omnibus perruptis moris, atque obstaculis, satisfaciat, quæ ut effugiat, procul dubio à consanguineis, & nouis ponenda, Madritô discedat, & aliò concedat.

Claudius jam à se ipso totus alias, & priore melior, Christi secuturus consilium, vendit omnia, quæ habet, inter pauperes distributurus; migrat Madritô Hispalim, ibit tandem bene cœptis ultimam manum, & coronidem impositurus. Sed secum tulit pecunias ex divenditis suis rebus collectas, vel priùs possessas, & quod pejus erat, priorem pravam consuetudinem, vel habitum, qui per pœnitentiam quamvis veram & seriam, vel absolutionem etiam Sacramentalem, non statim extinguitur, aut aboletur: hinc diabolus facile eum à recta salutis semita abstractum in priorem perditionis viam retrahere poterat.

Jam non in pauperes, ut statutum fuerat, collectum aurum & argentum dispen-

(C 3)

saba-

sabatur, sed in lusus, in convivia, in lupanaria, & lupas: lucrum, quod ir. de hau-
sit, fuit morbus, & lues tam fœtens, tāmque
pestilens, ut sæpius viribus & animō linque-
retur, sui impos in terram collabens.

Tali paroxismo semel prostratus videre si-
bi visus est vastam voraginem densis igni-
bus vapidam, quibus animæ damnatae exu-
rerentur, & à diabolis sævissimè torque-
rentur: stare se coram tribunali divino, &
Christo Judice, qui justâ contra ipsum ac-
census irâ imperaret monstris, & tortoribus
illis infernalibus, ut ipsum abriperent, &
præcipitarent in ignem illam abyssum: hac
imagine territum se denuo ad opem peten-
dam confugisse ad Beatissimam Virginem,
quæ ipsi repræsentabatur submisso corporis
gestu Filio suo supplicare pro ipso, sed Fi-
lium respondere: Dilecta Mater, cur ad-
huc intercedere, & meritas pœnas avertere
quæris ab illius capite, qui tuo patrocinio,
& meâ misericordiâ turpiter abutitur ad au-
daciūs & diutiūs peccandum, & liberaliūs
indulgendum effrænatæ libidini? Hac etiam-
num vice, replicabat misericors Mater, par-
ce Fili, & justitia cedat misericordiæ; si
posthac ad vomitum redeat, cesseret omne
patrocinium, cesseret omnis misericordia:
Sit igitur, reponit Christus, tua petitio
adimpleatur. Sed tu infelix, sordibus au-
rium tenūs immerse homuncio, si te non to-
tum emundaveris, & serio emendaveris,

ne

ne ullam vel tenuissimam spem concipe evadendi supplicium per intercessionem Matris meæ, quæ preces tuas surdis auribus præteribit; atque ita hæc scena clausa, & siparium obductum est, & miser ac miserabilis ægrotus, cui Deus abundans tempus, ad pœnitentiam agendum, & salutem operandam concesserat, brevi ope divina ex integrō convalescit.

Quis in dubium trahere potuisset, quin Claudius tandem à scelerata sua vita destitutus, & ex fœtente cloaca emersurus esset? sed ô tyrannidem invincibilem pravæ consuetudinis! vix aliquot abière dies, cùm in easdem sordes profundiùs, quām unquam alias relapsus est; Verùm si ibi consuetas suas porcinas voluptates invenit, amisit tamen per has nimis carò emptas, quidquid adhuc pecuniarum habebat residuum.

Ad extremam redactus inopiam & miseriā, ignarus quò se verteret, quid consilii arriperet, in Hispānicam navem, occidentales Indias petentem, se conjicit, ex divitibus Peruviani regni mineris aurum, quod in Europa tam fœdè abligurierat, eruturus, & cum amplio fœnore recuperaturus. Līmann regni Metropolim appulsus, idem, qui in Europa fuerat sordidus Claudius, quidquid auri lucrabatur, & corradebat, totum sordidissimā prodigalitate in meretrices, & infamia scorta effundebat: morbis putridarum istarum voluptatum pedisse quis,

(C. 4)

&

& certis appendicibus prostratus , ad ultimum obolum denuo emunctâ crumenâ , gratia loco habere , & censere debuit , quod in xenodochium admissus , illis adjunctus sit ægrotis , qui intolerabilem exhalantes mephitum , procul arceri debent , ne alios etiam sua peste inficiant.

Denuo in his deprehensus angustiis , morbo indies magis ingravescente , ad mentem saniorem redit ; certior factus , adesse Missionarium Apostolicum è Societate JE-
su , virum zelosum , & celebrem , natione Hispanum , & quidem Madriti natum , suum contribulem , nomine Perlinum , misit , qui illum ad se vocaret , & rogaret , sibi in extremo animam & corpus perdendi periculo constituto adesse dignaretur : sine mora Perlinus animam ab æterno exitio liberandi cupidissimus adest : excipit , quam calidas inter lachrymas seriò contriti animi testes deponit , confessionem , totiusque hucusque actæ vitæ tristem historiam sine omni nauseæ vel tædii suborientis indicio patienter audit , animat , & excitat ipsum ad sperandum bene , & in divinæ misericordiæ simum , quæ nullum quamvis enormem & gravissimum peccatorem , seriò contritum , ad se cum filio prodigo redeuntem regreditur , se totum conjiciendum : advertens insuper serium propositum tandem votum suum de ingredienda religione pridem conceptum implendi , se suamque operam offerit ,

fert, ad feligendum ex pluribus illum religiosum Ordinem, qui ipsi ad suum finem aptior, & gratior videretur, & ad procurandum, ut in illum admitteretur, ubi pristinæ sanitati fuisse restitutus; ita à peccatis suis absolutum, & optimè animatum relinquit, se brevi, ut uberiore cum solatio aspergat, redditum ad promittens.

Consolatio ubertim animam Claudii ex alto inundans, etiam in ægrum corpus redundavit, hinc post brevem aliquot dierum intercedinem depulsò morbò ex integro convaluit: non tamen depulsus est etiam inolitus, & nimis profundè radicatus peccandi habitus, & assuetudo ferrea; hæsit prior animæ debilitas & fragilitas. Non solum non venit ipse met, ut promissum, & conventum inter ipsos fuerat, ad Perlinum, ut de ingressu in religionem omnia discuterentur, componerentur, & certi aliquid statuerentur; sed nec Perlinus ad ipsum properans, eum invenire potuit, nam clanculariâ fugâ dilapsus, nunquam amplius se Linæ videndum dedit, sed totum regnum Persianum concursans, alibi quærebatur, & inveniebat venenata pascua effrænatæ suæ libidini, nunquam tamen satiandæ.

Post aliquot annorum spatium carnivora bestia, sic disponente Deo, in casses Perlini, sed incassum incidit. Excurrebat Perlinus zelo suo obsecundans, etiam in remotiora, sylvestria & montosa loca, ut sa-

(C 5)

cris

cris suis exercitiis, instructionibus, & adhortationibus rudes, & sylvestres illos populos erudiret, & viam salutis doceret: sedem suorum Apostolicorum laborum esse voluit oppidum aliquod in altiore monte situm, & præ aliis magis populosum, & monticolis circumscitis magis frequens. Inter reliqua pietatis & misericordiæ opera, quando ab aliis publicis cessabatur exercitiis, in more positum habebat, lustrare xenodochia, & valetudinaria, ut ægrotos solaretur, præcipue autem, ut ad patientiam horaretur, & artem doceret uberes meritorum fructus ex suis miseriis, & infirmitatibus pro altera vita, & coram Deo colligendi.

Dum ita ab uno ad alterum se confert, & circuit ægrotum, in ultimo illius valetudinarii angulo horridus, & desperationem ultimam sonans erumpit rugitus, & ejulatus. Properat ergo ad angulum attonitus sacerdos, & ubi non sine horrore conspicit, exiguostaminis muçidi, & in exiguum scobem comminuti fasciculo incubantem hominem emunctum, emaciatum, mephitum intolerabilem exhalantem, marcidum, & putridum, vivum cadaver, ut ægerrime dignosci, & pro Claudio agnoscipotuerit. Ipsiâ miseriâ miserior ægrotus jam in limine mortis constitutus, dum oculos jam emorientes adhuc sustollit, facile agnoscit Perlinum, & exclamat: O me infelicissimum omnium mortalium; Itane Deus vult ad

pe-

ad-
po-
se-
esse
e si-
on-
tre-
an-
in
do-
ire-
or-
um
bus
idi-
ert,
tu-
em
ila-
tus
spi-
am
em
hi-
m-
me-
cit,
ne
io-
er-
im
ad
g-

perpetuam meam confusionem, ut sacerdos iste optimè gnarus vitæ meæ, usque ad hoc momentum pessimè, & luridissimè transactæ, fiat testis oculatus pessimæ, ac desperatissimæ mortis, æternæque damnationis? Vix hæc elocutus, irrugire denuo cœpit procul dubio ob perditam primogenituram, totamque hæreditatem cælestem, simûlque scelestam suam fœtidamque animam in orcum evomuit, quin ipsi prodesse, suaque operâ funestissimum casum impedire potuerit P. Perlinus.

Videsis jam, quò peccata propria, si acculumentur, perducant. Primus horum fructus est mala consuetudo, & pravus habitus, cuius viribus difficulter resistitur; secundus primo pejor, est perseverantia, & obstinatio in malo, durities cordis, & occlusio aurium ad voces etiam sonoras saepiusque repetitas excitantis, vocantis, invitantis, monentis, & minantis Dei. Tertius & ultimus ac omnium pessimus fructus, sive effectus est desperata mors in peccatis. Si unquam peccasti, cave, ne de peccato in peccatum eas, & ita gradatim ad hunc funestissimum terminum pertingas.

In hac sacra solitudine, in qua Deus sollet efficacius & frequentius homini ad colloqui, & ad illud per suas gratias sensibilius pulsare, ut peccatores ex fatali lethargo excitet, firmum tandem, & inconcussum concipere propositum non amplius peccandi imposse.

posterum, sed radicitus extirpandi per ac-
cumulatos contrarios virtutum actus, pra-
vos vitiorum habitus, si quis jam in animo
tuo radices agere cœpisset; ne illo, quo in-
felix Claudio, funestissimo fine vitam
claudas.

Història quinta

Pro meditazione quinta de morte.

Fermè omnes hucusque enarratæ historiæ demonstrant, quām terribilis sit non solum in conspectu Dei, sed frequenter etiam in hoc mundo in oculis hominum, mors peccatorum. Sequens verò historia demonstrabit, quām malè sibylæ diantur, séque ipsos decipient, qui credunt, mori-
turos bene, qui semper vixerunt male.

Narrat P. Daniel Bartoli S. J. historiæ suæ Anglicanæ libro 4. cap. 13. Regnante Elisabetha vixisse Londini virum primarium, & in jurisprudentia facile principem, in aliis quoque scientiis versatissimum, pro-
vectæ jam ætatis, & ingentium divitiarum. Abundabat hic libris Catholicis præsertim Theologicis, quamvis Protestantum se-
ctæ non alia, quām lucri, & temporalium emolumentorum causâ addictus, eosque non raro, nec obiter, sed attente ac fre-
quen-

quenter volvebat ; excogitabat quidem perspicaci mentis suæ acie varias ratiunculas , sed levioris ponderis , quas Catholicorum argumentis , & solidis fundamentis opponeret ; sed cum has non sufficere ad elidendas rationes Catholicorum ipsemec adverteret , nec satis ex his laqueis se posset evolvere , ita secum pessimè conclusit , probabile esse , licere sequi citra periculum amittendæ salutis æternæ tam Catholicam , quam Acatholicam , & Protestantium religionem.

Filius ejus ferventissimus religionis Catholicæ cultor , nihil cupiebat , & quærebatur magis , quam suum patrem velut ovem errantem luporum dentibus eripere , & veræ caulæ , Ecclesiæ Catholicæ restituere . Cum suis autem viribus diffideret , auxilium petiit , & impetravit à P. Guilielmo Westhono S. J. viro tunc magni nominis , doctrinæ , & probitatis , quam postea satis demonstravit , invicto animo sufferendo innumeras persecutions , calumnias , adversitates , cruciatus , calamitates , squalorem tetrici carceris per septendecimi annorum spatium , tandem à dominante , & præpotente hæresi in odium fidei Catholicæ ejectus in exilium .

Guilielmus itaque huic opimæ prædæ inhians , omnes in hunc finem artes expedire statuit : imprimis ejus lucrari affectum , & in ejus se insinuare amicitiam conatus est ;
quod

quod suâ solitâ dexteritate, & amabili affabilitate etiam facile obtinuit ; quo hamo tot alios hæreticos in sinum Catholicæ Ecclesiæ, è quo dilapsi fuerant, retraxit ; tot Catholicos, ne ex eodem dilaberentur, retinuit, & confirmavit. Invisebat ad ipsum identidem longè alio sub scheme & vestitu, quām sacerdotis, publicè enim & ipso corporis cultu se sacerdotem, vel religiosum profiteri severissimè sub pœna capitatis vetitum erat regni, & reginæ Elisabethæ sanguinariis legibus. Inter colloquia sensim delapsus etiam ad negotium religionis ac fidei, tam claris argumentis omnes, quæ senis animum obfuscabant, dispulit umbras, ac nebulas, ut clare dispiceret, nullam extra Catholicam religionem & Ecclesiam sperari posse salutem.

Tam evidente veritate convictus commotiore animo in similes non raro querelas etumpere solebat : Canes isti hæretici, quos nullus tangit timor divinus, nulla cura salutis, nulla alterius, & æternæ vitæ memoria vel sollicitudo , quasi nec paradysus, nec infernus unquam in rerum natura fuisset, aut adhuc esset, legum tam humanarum, quām divinarum violatores, & contemptores impii, dæmones nati ad perendum genus humanum , ad animas immortales æternis ignibus mancipandas , merebentur, ut omnes vivi concremarentur : sed non effugient suo tempore ultricem Dei
ma-

manum: juro, me imposterum cùm his lurcōnibus nullam habiturum familiaritatem, nūl-lum commercium.

Sed dum secum animo reputat, quām mālē prospectum fore tam sibi, quām suis dī-vitiis & facultatibus, quas possidebat am-plissimas, si publicē fidem Catholicam pro-fiteretur, hæreticorum templa frequen-tare, & suorum rabularum declamationes audire neglectis eorum spuriis ritibus desine-ret, ad quod illi rigidissimis adgebantur im-periis, ac graviissimis mulctis, & pœnis: subjungebat, non ita erit, nec unquam per-mittam, ut hi sanguisugæ se meo sanguine, id est, meis thesauris, & dīvitiis se patcant, & ingurgitent; ut fructus manuum, & la-borum meorum ipsi manducent; ut poste-ros meos bonis omnibus exsoliatos, & ex-coriatos, opem ac stipem rogare supplices ad suas fores conspicere, & despicerē pos-sint. Hanc igitur viam iniit medium, de-crevit agere duplē personam, exteriū simulatum hæreticum, interiū verum Ca-tholicum, cùm homines tantū videant, quod paret exteriū, Deus autem intueatur cor interiū; ut ita conservet bona externa, & terrena, & simul non deperdat bona æ-terna, & cælestia.

Verūm cùm non ignoraret, viam hanc pluribus expositam esse periculis, malē tu-tam, & quamvis videatur recta, tamen du-cere posse ad interitum, hoc modo præca-
vere

vere periculum, ac interim omnem sibi eximere scrupulum, & oblatrantis conscientia remorsum sopire posse arbitrabatur: Imprimis hanc simulationem, quæ purè extrinseca, & indifferens est, & ad cor non penetrat, necessitas, vel certè in virum etiam constantissimum cadens metus justus, & gravissimus coram Deo excusabit; si autem neque hoc scutum satis firmum esset, ad se defendendum, firmius se arrepturum dicebat: Apud Christianos, ajebat, non principium, sed finem attendendum esse; satis esse ad consequendam salutem benè mori, & non necesse etiam benè vivere, id facile obtinetur, si semper & ubique ad manum sit sacerdos, sive judex sacer, qui me in mortis articulo, in ultimo etiam momento, in ultimo sperantis, & expirantis animæ halitu, ad minimum dolentis animi signum, ad unum etiam oculinutum, ab omnibus totius ante & post vitæ sceleribus & peccatis absolvere potest quatuor vel quinque verbis. Hunc in finem duos aliebat sacerdotes Catholicos, unum domi suæ in urbe Londinensi; alterum non procul Londino extra urbem in delicioso Tusculo, in quod saepius ad captandam liberiorem auram, & sublevandum curis fatigatum animum, rusticatum excurribat.

Sæpius à Westhono monitus, & increpitus est, Deum non ludi, non decipi, non irrideri, non esse consilium contra Dominum

num, Prov. c. 21. hanc esse stultam mundi sapientiam, qua se ipsem caperet, & deciperet: posse ipsum subitanea & improvisa morte extingui, fulmine, vel apoplexia tangi, terræ motu sepeliri, glande plumbea trajici, quin aliquid, vel à longè prævidere, aut ne quidem somnare, vel suspicari potuerit: quod innumeris aliis accidit, posse etiam ipsi accidere: sed cantabatur fabula surdo: noluit credere, sed voluit experiri has, quæ ipsi toties proponebantur, & inculcabantur, veritates æternas.

Jam medium aliquando ad suum Tusculum excurrens confecerat iter, cum ex improviso Apoplexiæ tantâ vitangitur, ut collapsus ibi subsistere, & in vicinum diversorum deportari debuerit. Currit Servorum expeditissimus, ut præviè instructus fuerat, vel potius volat celerimè, ut ex binis sacerdotibus vicinorem advehat; sed omni usus celeritate tamen tardè venit, adsuit enim, quando paulò antè, & vix non in ejus oculis, expiraverat, calenti adhuc cadaveri amarè illachrymans.

Ita extinctus est inexpiatus, sine sacra confessione, & absolutione, qui temerariè præsumpsit, nunquam, & nuspiciam deafore occasionem expiandi abimum per Pœnitentiaæ Sacramentum; extra domum mortuus est, qui se credebat domi in suo

(D)

le.

lectulo moriturum; & qui alebat, & habebat duos Sacerdotes ad omnem nutum paratos, cùm malè viveret, nullum habuit, ut benè moreretur.

Non multūm absimilis huic eventui fuit ille, quem idem pariter Author in eodem Tomo Lib. 6. c. 13. suæ Historiæ Anglicanæ narrat. *Domina ex præcipuis Nobilitate raris instructa dotibus, præfertim perspicace intellecetu, hæreticis imbuta doctrinis, angebatur variis dubiis; maximum ex his erat, utra ex duabus Religionibus esset vera, ac sincera, & ad salutis æternæ consecutionem necessaria;* Catholicorum, vel Puritanorum, sive Calvinistarum.

Erat eo tempore in summa apud omnes in Anglia heterodoxos estimatione, exmixæ doctrinæ, scientiæ, ac prudentiæ laude insignis Doctor Perny Candabrigiensis Academiæ splendor, & ornamentum; Hunc ad se accersiri jussit, ut eò fidentius, omnibus aliis remotis arbitris, animum aperire, & sua dubia proponere posset; hunc igitur sola solum orat, obsecrat, & obtestatur, imò per ipsum Deum adjurat, cui rationem redditurus esset in extremo die Judicii, candidè ac sincerè sibi aperiat, quænam ex tot Sectis, in quas misera Anglia tunc scindebatur, esset vera, cuius adhaerendo placitis, sibi salutem æternam promittere posset,

D. 1

Doctor Pernyus, aliquandiu suspensus,
& apud se tacitè rei gravitatem justâ pon-
derans lance, tandem, Domina, inquit,
rem grandem à me petis, & me ita adjurân-
do adstringis, ut si aliter, quam sentio,
responderem, immani mē scelere obstrin-
gendum crederem, quod neque in hac vi-
ta, neque in altera post mortem remitten-
dum esset. Domina obstringe mihi fidem
tuam nobilem, jura silentium & secretum,
salem tamdiu sanctè servandum, quamdiu
vitam protraxero; nec enim æquum est,
ut consilium, quod tibi suggeram, tibi
summam afferat utilitatem, mihi summum
nocumentum, & perniciem. Obtenta
promissione, & obligatione subjungit:
ut turbidis his temporibus pace & quiete
fruatur, & persecutions, quibus Elisabe-
thæ implacabilis ira Catholicos exagitat,
evitet, saltem exterius sit, & simulet se
Calvini affeclam; sed ut salva fiat, opus
est, ut moriatur Catholica: medium Do-
mina, & consilium tibi propono, quod
ipsem et elegi, & sequor; Decrevi etenim
vitam ducere liberam, non instar miseri-
mancipii, innumeris Legum & præcepto-
rum vinculis constrictam, suo tamen tem-
pore piè vitam claudere in Catholica Ec-
clesia, ut decet ferventem Catholicum:
& quisquis sapit, hanc vivendi metho-
dum in hac Anglicarum rerum Periodo
sequatur, necesse est, vivere sine cura, &

(D 2)

folli-

sollicitudine, mori absque omni timore pereundi.

Doctor hic planè ineptus, clarè agnoscens veritatem nostræ Religionis, sperrabat se DEum decipere, vel naso trahere posse, ut decipiebat, & naso trahebat semetipsum: sed scopum sibi præfixum non attigit, nam *Deus non irridetur.* *Galat. c. 6.* Post exiguum temporis spatiū lautæ Cœnæ à Pseudo-Episcopo Eboracensi adhibitū, tam liberaliter se cibo & potu ingurgitaverat, ut domum serā jam nocte, extincto dudum non solis tantum, sed etiam rationis lumine, alienis potissimum pedibus properaret, ad edormiendam atque exhalandam crapulam, & longlore somno inter creperos rhonchos sub ingestorum ciborum pondere fatiscenti stomacho necessariam digestionem procurandam: sed necdum lecto injectus, tangitur tam gravi apoplexiæ ictu, ut eodem momento exanimis conciderit, ne quidem tantillum temporis nactus, quo vel semel JESU Nomen pronunciare, ne dicam actum contritionis, & serii doloris elicere potuisset.

Interea Discipula pergebat strenuè in via, quam cæcæ cæcus dux, cui se commiserat, monstrârat, pro certa, & tutâ regula erant ipsi documenta & monita sui olim malè fani magistri, à quibus nē latum quidem unguem declinabat, nec dubita-

bitabat, quin posset vivere cum hæreticis, & mori cum Catholicis; atque ita in terris frui Paradysō bestiarum, & in Cœlis Paradysō Angelorum. Firmabat illam in hac erronea opinione, & fide Puritanā ejus frater pertinax hæreticus, qui hoc glaucoma sorori objiciebat, exiguum esse discriminem inter Religionem Catholicam, & Puritanam, & nullatenus tantum, ob quod secta Puritanorum mereatur à DEO æternis flammis in inferno addici.

Perrexisset ita errare & devitare seducta ovicula, nisi in meliorem, & peritiorem, sic disponente DEO, incidisset pastorem. Erat is P. Joannes Girardi è Soc. JEsu, qui sub veste viri nobilis ignotus percurrebat Angliam, Catholicos tam dirè vexatos & oppressos erigens, solatiis aspergens, & ad constantiam animans, hæreticis verò perniciosos errores, & detestabiles fraudes, quibus circumveniebantur, demonstrans. Magnum erat Girardi nomen, ab omnibus celebrabatur non solum ut homo doctus, sed etiam ut homo probus, & sanctus: hunc ubi convenit, & audivit, binis colloquiis, non pluribus, opus fuit, ut perspicax fæminæ intellectus illuminaretur, & convinceretur; voluntas verò permoveretur ad detestandum consilium, & exemplum primi sui ducis, & seductoris, & ad apertè ac publicè profitendam

(D 3)

sine

sine rubore, ac timore fidem Catholicam. Junxit sanctitati Fidei sanctitatem vitæ ac morum, ita moritura cum certa spe salutis, quandocumque Deo placuisset stamen vitæ abrumpere, & eam ex hoc mundo evocare.

Similes eventus possent in medium adduci milleni, per quos Deus mundo luculenter ante oculos ponere, & demonstrare voluit, quantum abhorreat temeritatem illorum, qui suâ infinitâ misericordiâ uti, & abuti volunt pro incentivo adeò diutius & audaciùs peccandum, ad procrastinandam, & usque ad ultimos vitæ limites, ad mortis confinia, usque ad ipsam denique mortem pœnitentiam, temerariè præsumendô, huic semper adhuc locum & tempus futurum. Deus, qui Peccatori pœnitenti & seriò dolenti promisit delictorum commissorum veniam, nunquam promisit peccanti spatiū temporis vel minimum, quo possit seriò dolere, & pœnitentiam agere; quinimò publicè in suo Evangelio non uno in loco è diametro contrarium omnibus indixit, & promulgavit, se venturum, ad nos ex hac vita evocandos, ad exigendas strictissimas de tota vita transacta rationes, eō quo minimè putamus, tempore; se furis instar, clam, tacitè dormientibus, & nihil minus expectantibus superventurum: *Quā horā non putatis, Filius hominis veniet.*

niet. *Luc. c. 12.* Et quænam hora minus expectata, quòd mors sit adventura, quam sit illa hora, qua peccamus?

Historia sexta.

Pro Meditatione sexta.

De Judicio particulari.

DEUS nonnunquam in hac etiamnum vita hominibus ob oculos posuit & vivis exhibuit Judicium particulare, quod cum mortuis instituitur: hoc sequens demonstrabit historia, quamvis aliunde satis nota, & à pluribus scriptoribus jam promulgata, quia tamen tragica, horrida, & Personam Ecclesiasticam involvit, huc optimè quadrat; recensetur autem à Trithemio, à Fulgoso, Nauclero, Canisio, Maraccio, à Bovio in tertia sua parte, exemplo ultimo.

Studiis navabat operam Magdeburgi, nobili Civitate Germaniæ, Juvenis nomine Udo, sed ingenio tam stupidô, ut licet improbum ipsem̄ adhiberet laborem, & Præceptor indefessam in instruendo adjungeret industriam, nihil tamen in saxeum caput intrudi posset; certè plus aquæ ex fluvio hauriri poterat cribrō, quam hic hauserit doctrinæ ex suis libris, & instructionibus omnibus: ob hanc stu-

(D 4) pidi-

peditatem deridiculo erat omnibus suis
condiscipulis, meta salsorum jocorum,
mordacium disteriorum, contemptum,
& irrisio[n]um.

Cum die quadam onustus plagiis, livi-
dis vibicibus notatus, condiscipulorum
ludibriis, dentatis risibus, & sarcasmis
explosus, e schola redux penes Templum
Divo Mauritio sacrum transiret, illud in-
gressus ad aram Divinæ Virginis conse-
cratam honoribus, se prosternit suppli-
cem, Divamque inter calentes lachry-
mas ardentiissimis interpellat votis, & pre-
cibus, sibi saltem tantum capacitatis, &
ingenii à Divino suo Filio impetret, quan-
tum sufficeret ad emergendum ex asno-
rum stabulo, & assurgendum ad altiora
subsellia reliquis paria, atque ita condi-
cipulorum suorum ludus, ac fabula esse
desineret: hæc summa cum fiducia rogan-
ti somnus obrepit; dormienti se spectan-
dam offert Divina Mater, nuntians eum
petitæ gratiæ liberalius, & ulera sua vota
componem esse factum, cum deinceps suos
condiscipulos non solùm æquaturus, sed
longè superaturus, in pretio, & in amo-
re omnium futurus, quin etiam in Archi-
episcopali Sede, & Germaniæ Primatis
Dignitate suo tempore successorus esset
præsentí Archiepiscopo: et siquidem tunc
seduli & boni pastoris partes ritè expli-
turus esset, semper eum à se protectum
iri;

iri; si à suo officio deflexurus, in mercenarium degeneratus, oviculis suis offendiculo & scandalo futurus esset, eum à se non solum desertum iri, sed etiam pœnâ gravissimâ ad aliorum terrorem & exemplum esse plectendum.

Udo tam fausto somnio, & omni re-creatus, jam totus alias, & à seipso mutatus comparuit, in scholis semper primus super omnes condiscipulos eminebat, ad examina, ad danda doctrinæ haustæ specimina vocatus, nulli secundus, in Sacerdotem inunctus, inter concurrentes pro impetratis Ecclesiasticis Beneficiis, & dignitatibus Candidatos semper aptissimus, & dignissimus inveniebatur: hinc non magna lis, aut disceptatio fuit inter Electores, quem defuncto nuper Archiepiscopo substituerent successorem: unanimi voto, voce & calculo itum est in Udonem.

Initium novi Regiminis fuit optimum, & aureum, sed progressus pessimus, exorbitans, locum præbens amplissimum communi proverbio: *Honores mutant mores, sed raro in meliores, plerumque in deteriores.* Intra breve tempus Udo ex Pastore mutatus in lupum, in proprias oviculas unguis & dentes famelicos armavit, easque devorare incepit; immolabat inexplebili & sacrilegæ suæ libidini non solum obvias quasque, sed etiam Deo sacratas, ex Religiosis Claustris extractas

Vir-

Virgines cum publico, & ingenti omnium scandalo,

DEI inexhausta Patientia, priusquam Justitiæ & vindictæ fulmen exitiale in reum caput vibraret, paternè admonuit Udonem, primò suaviter, & internis impulsibus; subinde etiam exteriùs, severas intentando minas, ut se subtraheret imminenti supplicio, nec iram Divinam jam ardenter, suis nefandis sceleribus magis inflammaret. Tribus consequentibus noctibus cùm in lecto cum suo scorto jaceret sacrilegus concubinarius, clara, & facile perceptibilis vox ter insonuit: *Fac finem ludo, jam satis lusisti Udo.* Prima nocte vocem hanc sprevit, & risit velut vanum puerile terriculum, ab aliquo ex suis ministris rigidi, & præposteri zeli homine fictum; secunda nocte redeuntem non solùm sprevit, sed minas addidit, se pedo suo Episcopalis illi obturaturum, quiscunque foret, qui porrò feralibus his vocibus aures suas imposterum obtundere fuisset ausus. Sed ubi tertia nocte hæc vox longè altiori horrido, & minaci sono intonuit, cohorruit, & pavore contremuit: luctabatur aliquan- diu secum ipso, hæsitans, an non præstaret monenti obedire voci, & vitam in melius mutare. Sed litem facile diremit inolita consuetudo, Dalilæ hunc miserum Samsonem jam decalcaverant, Sirenes blandis suis vocibus aures, & animum Udonis in-

can-

cantaverant, ut ad omnes vocantis DEI
voces obsurdesceret. Tandem irritata
DEI patientia in furorem, in meritam
contumacis, & in malo obdurati Udonis
vindictam erupit.

Fridericus inter Canonicos Cathedra-
les lucens omnibus virtutibus sidus, in-
somnia, & inter preces, & sacras Divi-
narum rerum contemplationes vigilem
agere noctem in ipso Cathedrali Templo
Divi Mauritii statuerat, eum in finem, ut
eò liberiùs & ferventiùs, à Deo exorare
posset opem rebus afflictissimis illius Dioc-
esis, & Ecclesiaz, in qua sus déque verte-
bantur omnia, profanabantur Templa,
sacra miscebantur prophanis, Aræ ipsæ sa-
cralegiis conspurcabantur, omnia propu-
diosis scandalis opplebantur, in interitum
ruebant, & impellebantur ab illis ipsis,
qui supra candelabrum positi, clarissimis
doctrinæ virtutum, probitatis, & boni
exempli radiis prælucere omnibus, qui
in domo sunt, deberent.

Dum ita orat, ad Deum suspirat, &
huic malorum iliadi remedium ac finem
postulat, vehemens ventorum turbo su-
bitò exortus ingenti impetu disjectâ ma-
jore templi portâ, omnes ardentes lam-
pades extinguit uno halitu. Optimus
Fridericus consternatus, timens, ac tre-
mens in nigris & spissis illis tenebris hæ-
rebat, quas tamen priori longè clarior
lux

lux fugavit; hanc Templo intulerunt duo candidissimi Juvenes accensa candelabra manibus præferentes, & ad Aram Principem ex utroque latere se collocantes. Hos subsecuti sunt alii duo prioribus similes, qui elegantissimo tapete gradus, per quos ad Aram ascenditur, instruerunt, binaque sedilia obryzo, lucidissimisque auro fulgurantia huic imposuerunt. His supervenit aliis militem toto oris & corporis habitu spirans, evaginato armatus gladio; hic in media consistens Ecclesia, acinace pro caduceo usus, Præconis instar alta voce inclamat: Vos Cœli iacolæ, Divique Indigetes, quorum exuviae, sacrique cineres hic depositi quiescunt, surgite, huc adeste spectatores, & approbatores feralis tragœdiæ, quam exacerbatus Judex vivorum & mortuorum triumphanti Justitiæ adornabit, mactando pingue & dudum Nemesis debitam victimam.

Vix finierat armatus præco, cum magnus Cœlitum numerus adfuit, qui pulchro ordine vacua Canonicorum in Choro subsellia, vel alia etiam locula menta, & sedilia occupârunt. Tandem comparuit & Christus, Judex Divinus, stipatus à suis Apostolis, comite Divina Matre inter plurimas sanctas Virgines mediâ; templum totum mirus splendor cœlesti luce illustraverat, & obscuram

no.

noctem in lucidissimum diem converte-
rat. Christus, & penes ipsum Divina
ejus Mater binas ad id paratas sedes occu-
pârunt, quos reliqui theatrali corona
cingebant: ultimi adfuere Martyres The-
bæi, qui cum suo Duce divo Mauritio
vindictam expetière contra Udonem
templi, suo nomini & honori dedicati,
sacrilegum, fœdissimûmque prophana-
torem, & conspurcatorem.

Ad hanc accusationem Udo ex lecto
suæque concubinæ brachiis abreptus co-
ram Divino tribunali à Divinæ Justitiæ
Ministris sistitur, extremo pavore con-
sternatus, & sideratus: enumeratis in-
numeris, & enormibus sacrilegiis, vio-
lentiis, nefandisque sceleribus, in reum
Udonem capitalis à Divino Judice Chri-
sto fertur, & fulminatur sententia, ut
privetur tam temporali, quam æternâ
vitâ; quæ sententiâ à toto illo Cœlitum
congressu, & confessu ut æquissima, &
justissima excepta, approbata, & adorata
fuit: Reo condemnato mox Sacra hostia
eo die sacrilegè sumpta impacto in cer-
vicem gravi ictu, per fauces excussa, &
effusa sacro vase excepta, & super aram
decenter reposita est; inde Mater Misericordiarum, fors ne reus aliquid misericordiæ,
aut gratiæ sperare posset, aut ne
ferali spectaculo severissimæ executionis
interesser, se ex omnium oculis proripuit;

Nec

Nec mora; Miles ille armatus unico acinacis isttu caput à cervice resecuit Udoni. Atque ita feralis tragœdia finita, siparium reductum, & scena clausa est: disparuere omnia, & solus Fridericus prioribus tenebris immersus, sibi solus relictus est.

Ex his ut emerget, ad proximam ædículam, in quā ardente lampadem conspicatus fuerat, properavit, haustoque lumine redux, suspensam ad majus Altare lampadem succendit, discussisque jam tenebris circumspicit exploraturus, num aliquid rei subsit, vel an tantū vanus & imaginarius somnō sopitæ rationi à Phantaso objectus lusus fuerit; sed ubi truncum Udonis corpus proprio innatate sanguini, caput verò exsangue procul ab hoc divulsum conspexit, apparuit non imaginariam, & vanam ludentis Morhei fabulam, sed nimis quam veram, ac seriam à Divina Nemesis adornatam tragœdiam, funestāmque catastrophē fuisse: hinc Fridericus clausa diligenter templi portā, acceptisque secum clavibus, se domum recipit; postero manē Canonicos omnes mature invitat, & convocat, cum quibus ad templum Cathedrā convolat, sequente ingenti populi turbā, quam sparsus, ut fieri solet, de tanta rei novitate, & insolentia rumor exciverat, ibique consensu Cathedrā, pro concione dixit, omnibusque præsentibus, quæ viderat &

au-

aci-
doni-
cium
uere
is te-
est.
ædi-
con-
bque
ltare
jam
num
us &
ni à
ubi
itare
il ab
non
phei
riam
am,
hinc
rtà,
rum
nes
bus
ien-
sus,
&
on-
xit,
t &
au-

audierat, propriisque usurpaverat oculis, & auribus, dilucidè enarravit, occasione, & terrore, quo populus salubriter attonitus hærebat, usus, fervente oratione inculcavit, quam disticta, & tremenda sint Judicia Vindicis Dei, illud maximè, quod post mortem hominis cum anima vix corporis ergastulo egressa mox instituitar.

Neque his contenta Divina Vindicta, rigorem suum aliis indiciis, & portentis demonstravit. Vix finierat Fridericus, anhelus ad volat rure sacellanus Udonis, & titubante lingua, quid sibi evenerit, recenset: Hoc summo manè me & equum itineri, & redditui accinxeram, jámque illud ingressus, urgenti, & vix non equo ephippiato me dejicienti somno cedere coactus fui; dum igitur sub condensa quercu me prosterno, fræno ex equi collo defluenti dexteram insero, ne forte diffugiens dormientem equitem destitueret: statim coēunt in somnum lumina, nec desunt somnia, eaque tetrica ac terrifica. Videbar mihi videre in excelso, ignivomque throno sublimem sedere Luciferum tenebrarum Principem, innumeris ejus latus stipantibus dæmoniis; alio interim horum nigrorum satellitum manipulō catenis oneratum Udonem Dominum meum ad hunc judicem, ad hunc thronum attrahente. Lucifer advenientem

tem amaro sarcasmo salutar, & ab itinere
longo & arduo fessum, tantisper respira-
re & refocillari jubet. Dæmones, qui
miserum meum Dominum adduxerant,
Luciferi imperio parentes, assidere co-
gunt mensæ, omni genere spurcitarum,
ciborum loco instratæ, bufonibus, ser-
pentibus, viperis, putridis, intolerabi-
lem mephitim exhalantibus, bestiarum
cadaveribus, quas cupedias cùm nec aspi-
cere, multò minùs degustare vellet Udo,
vi in os & fauces à promiscondis diabolis
intrusas devorare cogebatur, iisque ne-
ctaris locô fel draconum, venenum
aspidum, liquatam picem, & ardens sul-
phur ab obsequiosa infernalium Ganyme-
dum turba porrectum lautè superfundere.
Horum obsequia interpellans Lucifer, non
videtis, inquit, gratiosum hospitem su-
dore totum diffluere; ducatur ergo ad
salubre balneum: dictum, factum: præ-
cipitatur in profundum puteum, nigras
densasque flamas vasto eructantem ore;
paulò tamen pòst ex hoc iterum extrahi-
tur totus igneus instar ferrî candentis.
Ululabat miser instar rabidi canis, horren-
dásque blasphemias evombebat in Deum,
& quidquid sanctum ac sacrum Cœlum
& terra complectitur. Applausit Luci-
fer, laudavitque ingenium, quòd tam
brevi tempore didicisset ipse presbyter
tam aptè & eleganter cantare etiam in
suo

suo choro: ejus proin jussu primæ in suo regno adscriptus & præfectus capellæ; arreptus igitur, ab infernalibus satelliti- bus in vastam fornacem, spissis, atrisque flammis undantem tanto impetu excussus est, ut credi potuisset, integrum mon- tem in illam voraginem, & omnis fundi expertem abyssum fuisse præcipitatum; tantus erat fragor Udonis ad ima ruentis casu excitatus.

Hæc omnia in somnio mihi objecta in- gentem incussere timorem; qui pluri- mū auctus fuit, quando audivi Lucife- rum diabolicos suos ministros contractā in minaces rugas fronte imperiosè inter- regare, eur non etiam illum arriperent, & abriperent, qui non pròcul hinc huic scenæ spectatorem otiosum, & curiosum agit, nomine quidem Sacellanum auli- cum Udonis, reipsa ejus lenonem, si- dumque meretricii commercii procura- torem; efficerent igitur, ut quo's par- scelerum & libidinum junxerat studium, par jungat supplicium, & servus sequatur dominum; jam imminentibus ceter- vatim dæmonibus tantus terror, simûlque fugam capeſſendi ardor me invasit, ut neandum satis excusso somno, pedesque manusque quasi fugiturus sollicitè agitans, frenum equi meæ dexteræ circumvolu- tum vehementius attraherem, qui con- sternatus, & in furorem actus in effusam

(E)

fugam

fugam se conjecit, me secum per devii
& invia rapiens, evulsâ ex sua junctura,
quæ fræno illigata erat, hac dexterâ mea,
ut videre est; viatores obvii tandem in-
domitæ bestiæ stiterunt cursum, & impe-
tum, mēque rursum equo imposuerunt
jam mansuetiori, cujus ope tandem, licet
xgrè in urbem appuli, & auditis iis, quæ
interim acciderant, ad vos huc me ocyùs
contuli, prioribus additurus, quæ mecum
gesta sunt; hæc autem nec à me confida,
nec vana fuisse somnia, nec mentis aber-
rantis deliria testatur & luxatum brachi-
um, & canities capiti meo, & nigris alias
capillis hoc manè intra mediæ horæ spu-
tium inducta.

Communi itaque omnium sententia
Udonis abominabile cadaver non aliâ
quam asinorum sepulturâ, qui factus fue-
rat sicut equus & mulus, dignum judica-
tum, & ad omnium terrorem, extra ur-
bem in sterquilinium proiectum est, ubi
tandem feris, lupus lupis in prædam, &
pabulum cessit; ossa duriora, tristes Udo-
nis reliquiæ, concremata, cineres in vi-
cinum fluvium Albim dispersi tamdiu ip-
sos pisces inde arcuerunt, nec prius quam
incestatae aquæ sacris precibus & ritibus
expiatae fuerint, rursus adnatârunt; hæc
& macula sacrilegi sanguinis pavimento
Templi aspersa indelebilis, successoribus,
tunc quidem, perenne monumentum, ad
effu-

effugiendam hanc vel aliam poenam, necessariò fugiendam esse & culpam.

Ob oculos positum tibi est exemplar funestum judicii particularis, quod Judex Divinus instituit cum viro Ecclesiastico improbo, sui muneris obliito, & scandaloso: quo fine vitam clauserit Sacellanus Udonis, non constat; procul dubio iactus sapuerit, & quidem periculò propriò damnò tamen alienò: quòd si vestigiis Domini sui infelicissimi insistere voluisset, citra omne dubium, eadem viâ, qua dominus, in interitum ruisset.

Hominem saceralem aliis offendiculo, malo exemplo, & scandalo esse, malum grande; talem esse virum Ecclesiasticum, præsertim positum supra candelabrum, & tiaris conspicuum, est pessimum: quid enim indecentius, & perniciosius, quàm si ille, qui sacris Aris admotus, ad Ecclesiasticam dignitatem evectus, & amplâ potestate à Deo instructus est ad eum unicè finem, ut proximorum, ante omnia ovi-cularum, suæ fidei, custodiæ, & curæ commissarum probitati, & saluti invigilet, & hanc omnibus viribus promoveat, his ipsis sit offendiculo, scandalo, & ruinæ; si ille, cuius officium est, & unicus scopus esse debet, homines ad Deum adducere, ad Christi vexillum allicere, conducere, conscribere, & cœlum novis incolis augere, homines à Deo abducatur, Christo jam aucto-

(Ez)

ra-

ratos, sub Christi vexillo conscriptos, & Sacramentō dictō Christo Duci obstrictos milites avertat, ad perfidum transfugium ad castra, ad vexillum Luciferi animet, incitet, & ipse met praebeat; si animas ē Christi in cruce pendentis brachiis ereptas, in ungues diaboli transferat! ô horrendam, detestandam, & plusquam diabolicam perfidiam! hinc illæ lachrimæ divi Gregorii Pontificis, in hæc lamenta prorumpentis *Homil. 17. in Evang.* Nullum majus præjudicium ab aliis, quam à sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit. Sacerdos itaque non multum absimilis Udoni in vita, non multum absimilis erit Udoni in morte.

Historia septima

Pro Meditatione septima.

De Judicio universalis.

Divus Vincentius Ferrerius, qui tot etiam pertinaces peccatores ad pœnitentiam & frugem convertit, non alio argumento usus, quam proponendo, & explicando horrorem, & rigorem tremendi illius Judicii, quod ad finem mundi à Deo instituetur de omnibus, quotquot unquam fuerunt, Angelis & hominibus,

nar-

narrat Part. 3. suarum Concionum. Concio-
ne 60. Juvenem, cui judicium extremum
dormienti solummodo per somnium fuit
objectum, ita cohoruisse, ut spatio unius
noctis totus incanuerit, magnō illius com-
modō, si canos, & maturos animi sensus
cum canis capillis induit. Aliam tibi ho-
die narrabo historiam, in qua ad meliorem
& Catholicam fidem perduxit hominem
perditum tremenda illa supremi Judicij
dies, non somnianti objecta, sed penni-
cillo expressa, & vigilanti ob oculos po-
sta. Historiam hanc recenset Lodovicus
Mainburg L. 6. *Historiae de Iconoclastis.*

Theophilus Imperator Orientis, inter
Iconomachos ultimus, Michaëlis Balbi Fi-
lius, postquam non minori crudelitate
Catholicos, sacrarum imaginum cultores
persecutus est, quam suus Parens Michaël,
præ rabie & furore crepuit. Causa tantæ
iræ & indignationis fuit clades, qua suum
exercitum affecerat Amerumnas Sarace-
norum Calyphus. Hæredem, & successo-
rem imperii reliquit Filium Michaëlem
quadrimum sub cura, & directione suæ
uxoris Imperatricis Theodoræ, quæ clam
marito semper Catholicam fidem sequeba-
tur, & profitebatur, simûlque sacras reve-
renter & ferventer colebat imagines.

Prudentis mulieris prima & præcipua
cura fuit, ut sibi benevolos redderet, &
devinciret binos in gubernando imperio,

(E 3)

&

& educando filio sibi à Theophilo adjunctos Consiliarios, & adjutores Theoctistum, & Manuelem; Horum consilio, & ope in orientali Imperio restauravit sacrarum Imaginum venerationem & cultum. Institutâ & convocatâ in hunc finem Synodo Constantinopoli advenere Episcopi, Abbates, & Monachi à prioribus Imperatoribus Iconoclastis expulsi, proscripti & in exilium ejecti.

Bulgarorum Rex Bogor auditâ Theophili Imperatoris morte optimam occasionem invadendi, & evertendi Imperium orientale se natum ratus, cùm ejus gubernacula ad manus debilis & imbellis fœminæ devoluta, nec derritis accisâsque nuperâ à Saracenis acceptâ clade Regni vires restauratas cerneret, insuper habitâ jurisjurandi religione, quo se initam cum Theophilo pacem ad plures annos inviolatam servaturum sanctè spoponderat, Theodora missò feciale bellum indicit, nec hujus clarigationis ullam causam legitimam adducere potuit; nam sola Bogene st̄ mulabat Regnum suum, & hujus fines dilatandi libido.

Theodora imperterrita renuntiari jubet Bogori, veniret; se illi occursuram in fronte sui exercitus sumpturâmque justam ultionem de fœdifrago, & injusto jurata pacis violatore, non aliâ de causa, quam ut puero quadrimo Imperii coronam è capi-

capite decutiat; se minimè dubitare, quin Deus perjurorum Principum vindex acerrimus sibi, & justæ causæ sit adstiturus: Si tamen Deus, cuius Judicia sunt inscrutabilia, permitteret, ut innocentia depresso scelus triumpharet, licet hoc eventurum minimè crederet, in exiguum id gloriū cessurum esset tam potenti Bulgarorum Regi, si fœminam vicisset, in maximam verò ignominiam, si à fœmina vinceretur.

Intrepida Imperatricis responsio Bogoris animum ita inflexit, ut odio in venerationem, & amorem verso ad Theodoram suos legatos reverti, pacemque pristinam cum ipsa renovari, ac stabiliri jussit, hac sola conditione adjectâ, restitueret Theodora Bogori sororem suam bello priori captam, se vicissim Theodoræ restituturum Theodorum Cufatam, à se in ultimo confictu captum.

Soror Princeps interim exemplo, & ductu religiosissimæ Imperatricis Catholicae fidem amplexa, nihil ardentius optabat, & curabat quam ut Bogorem Regem Fratrem à cæco Paganismo abstractum, ad lucem Catholicæ Fidei adduceret, de cuius mysteriis, & dogmatibus non exiguum notitiam jam hauserat ex ipso Theodoro Cufata, viro non tantum doctissimo, & in rebus nostræ Fidei versatissimo, sed etiam zelosissimo.

(E 4)

Bul-

Bulgarum non fides, quam probabat, sed fidei arduitas absterrebat, licet hanc evidenti prodigio confirmari vidisset tunc, quando Iesu Salvatoris Nomen in vota vocatum mortento furentem sœvæ grandinis procellam disjecit, & depulit.

Versabatur in aula Monachus ob eximiam, & excellentem pingendi peritiam Regi acceptus, & percharus, quem sorori Regis à sacris Confessionibus fuisse non vanè credere juvat. Nulla re magis capiebatur & delectabatur Bogor, quam venatione ferarum, & quidem magis ferocium, velut leonum, tigridum, pardorum, ursorum, aprorum: Has artifice Monachi penicillo depictas in aula, aliisque cubiculis suspendi curabat, ut earum aspectu tunc maximè, quando in silvas excurrere, & venationi indulgere non licebat, animum exhilararet. Extruxerat novum & magnificum palatium, vastam hujus aulam, non pretiosis peristromatis vestiri, sed elegantibus picturis ornari jussit; inter alia Monacho in mandatis dedit, suo penicillo horridam, densis silvis opacam exprimeret vallem, ferocibus & atrocibus plenam bestiis, leonibus, tigribus, ursis, & his similibus monstris, qui diversos homines, viatores, venatores, armatos vel inermes invaderent, vulnerarent, excussis venabulis terræ alliderent, & nec quicquam repugnantes dilece-

lacerarent, mactarent, ita ut ipsa horrida
picturæ elegantia spectatoribus terrorem
incuteret.

Monachus, nomine Methodius, tam op-
portunâ occasione Regi totique aulæ
mysterium aliquod nostræ Religionis ob-
oculos ponendi strenuè usus, ut hoc mo-
do ad eam amplectendam allicerentur, vi-
vis coloribus expressit terribilissimum
extremi Judicii diem, quo coram Divino
Judice pro tribunali sedente, omnibus
tam angelis, quam hominibus comparen-
dum, ad audiendam æquissimam, eamque
irrevocabilem, & immutabilem senten-
tiam. Nihil aptius ad incutiendum ter-
rorem fingi potuit, quam feralis execu-
tio sententiaz in reprobos fulminatae :
diaboli omnes sub schemate diversorum
horrendorum monstrorum expressi spe-
ctabantur, in damnatorum animas irruen-
tibant, & furebant; hic leo ignem vomens
discerpebat miserrimè ejulantem homi-
nem ; illuc immanis draco latissimè diju-
ctis fauibus integros greges condemna-
torum deglutiebat, ibi efferatorum urso-
rum manipulus promiscuè sæviebat in
conglobatos, & catervatim in igneum in-
fernî barathrum ruentes reprobos ; ex
altera parte nigri, deformes cornuti fauni
avernales, terribiles visu formæ, canden-
tibus catenis trahebant, vel hamatis unci-
nis in ardenter immensamque fornacem

(E 5)

har-

harpagabant, protrudebant, & demergebant integras miserorum cohortes, inspe-ctante ex suo tribunali sidereo Judice exasperato, justissimo tamen, & amare in ipsorum interitu ridente.

Bulgarus ipse met primo intuitu cohorte-ruit, pictoremque interrogavit sollicitè, quæ fabula esset, quam adeò pateticè ex-presserat. Et hoc erat, quod Methodius expectaverat; itaque ad longum & latum incipit ipsi exponere non fabulam, sed nimis quam veram historiam, licet primum sub mundi finem producendam, & adim-plendam. Novus discipulus, qui ab ore Magistri pendebat, & novam doctrinam jam avidissimè bibebat, tam acres & ve-hementes sensit stimulos, interius agente Divinâ gratiâ, exterius ante oculos positiâ terrificâ ultimi Judicii imagine, acce-dente Methodii instructione, & fervente adhortatione, ut tandem Catholicam Fi-dem amplecti deereverit.

Theodora hoc nuntio læta, sine mora submisit, quem Bogor expetebat, doctum, ferventemque Episcopum, qui illum in fi-dei Catholicæ dogmatibus, ac mysteriis instructum, & iustrico Baptismatis fonte ablutum Ecclesiæ Catholicæ infereret; nec in hoc aliud sibi nomen ille imponi voluit, quam Michaëlis, ita honoratu-rus juvenem Imperatorem Theodoræ filium.

Nec

Nec inter varia objecta obstacula maximum suorum subditorum, antiqua sacra mordicūs defendantium, & nova, cane pejus & angue aversantium suscitata rebellio, ipsum à sancto proposito, & suscepta Religione Christiāna dimovere potuit; sed hoc ipsum non sine Numinе Divūm evenit; nam Rex Bogor novitus Christianus primo fervore ardens tam firmam, & inconcussam spem in Dei protectione collocavit, ut sub trophæo crucis in omnibus suis vexillis depictæ, paucis ex suis, qui ipsum in bello, & Christiana Religione sequebantur ducem, stipatus intrepidè in rebelles, & ingentem horum exercitum moverit, de victoria minimè dubius; nec eum spes sua fefellit; nam conspectō Crucis signō, quod Regiis præferebatur copiis, rebelles panicō timore correpti, abjectis armis, effusa fugâ dilapsi sunt. Tanta victoria Bogori nequidem unicâ sanguinis vel à se, vel à suis fusi guttulâ stetit. Fructus victoriarum fuit maximus; nam rebelles Deum pro suo Rege stare & pugnare advertentes, missis legatis non solum pacem supplices rogarerunt, & perfidiæ veniam poposcerunt, sed simul per Baptismum Christo, & Christianæ Religioni adjungi petierunt, & obtinuerunt, atque ita tota Bulgaria Christianis Sacris initiatæ, suave Christi jugum ultrò subiit.

Ter-

Terribilis, & decretoria ultimi Judicii dies depicta tantum potuit ex Rege barbaro & pagano efficere ferventem, & mittē Christianum, & non possit efficere ex tepido, & dissoluto Christiano, vel Ecclesiastico Christianum, vel Ecclesiasticum ferventem, probum, siue officii observantem toties visa, toties audita, toties lecta & relecta? annus enim Ecclesiasticus graphicè tremendum hunc ultimum Judicii, & totius mundi diem suis describit, nimirum primâ die Dominicâ adventûs, sive temporis advenienti in terras Deo-homini sacri; intra hujus anni decursum, secundâ feriâ post primam Dominicam verni jejunii; & ultimâ tandem Dominicâ post Pentecosten; & alias toties refricat nobis memoriam ultimi hujus diei pia & sollicita Mater Ecclesia, non ignorans, quantum ad nostram emendationem conferre possit cogitatio, & seria consideratio ultimæ hujus tragœdiæ, & districtissimæ, ac minutissimæ disquisitionis. Omnes Prophetiae, omnia Evangelia, omnes Epistolæ Canonicae, ipse etiam Apocalypses Liber nobis in memoriam revocant extremum, ac novissimum hujus mundi diem, & adventum supremi, ac Divini Judicis. Monet, & præmonet nos de ictu intentato, de vindictæ gladio jam evaginato; quod certum indicium est, quod non desideret

nos

nos condemnare, sed optet, ut nos prævisis jaculis cautè & maturè subtrahamus; qui altâ inclamat voce: attende, caveri bi, fuge; utique non cupit ferire, sed magis ut ita monitus se subtrahat ictui: *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus, ut liberentur dilecti tui. Psal. 59.* Væ illi, qui has admonitiones surdis præterit auribus, qui blandas has voces misericordis Dei non audit, cogetur expavescere ad horrida tonitrua judicantis, & condemnantis Judicis Divini.

Historia octava

Pro Meditatione octava.

De Inferno.

Optimè sensit, & judicavit ille, qui abbat duos tantummodò carceres in urbibus Catholicis construendos esse, secundum tamen primò longè ampliorem: Primus cederet illis, qui non credunt, & ipsum infernum eliminant, vel saltem pœnis infernalibus perennitatem denegant; secundus isque longè largior stultis, quorum infinitus est numerus, quales revera sunt omnes illi, qui credunt, vel saltem se firmiter credere ajunt inconclusas fidei nostræ veritates; & ita vivunt, quasi ni-

hi

hil crederent, & has pro fabulis anilibus,
vel puerorum terriculis haberent. Et
reapse, poteritne solennior stultitia exco-
gitari, quām firmissimē credere, & pro
re indubitata habere, quodvis grave pec-
catum æternis puniri flammis, & tamen
se dato studio sæpe ob leviculam, momen-
taneam, fœdāmque tantūm voluptatulam
impiare, & evidenti periculo has pœnas
æternas incurrendi se temerariè expone-
re? Binos ex hoc ingenti stultorum nu-
mero, qui tamen diversum stultitiae suæ
sortiti exitum, tibi propono. Historiam
narrat Joannes Rho *P. I. Exempl. 20.*
juorum Sabbath.

In celebri Belgii Academia familiari-
ter sibi in uno eodemque contubernio
convivebant Juvenes duo, studiorum cau-
ſa eò missi; cùm autem Historicus eorum
nomina non exprimat, nos ad vitandam
confusionem, unum sat congruè vocabi-
mus *Verrem*; ejus socio nomen *Mariani*
imponemus, quod licet minimè mereatur,
tamen illi aliquo modo congruere potest
ob quotidianam, quamvis exilem erga
Beatissimam Virginem devotionem, ori-
ginem suæ conversionis, ac salutis. Erat
par sociorum intimè conjunctorum unius
genii, unius moris & amoris: ambo iüs-
dem dediti vitiis, & mancipati sceleribus;
Scholæ, quas frequentabant, erant prosti-
bula & lupanaria; libri, quos pervolve-
bant,

bant, chartæ lusoriæ; studium, cui dies, noctesque consecrabant, lusus varii; talentorum suorum occupatio, & applicatio indefessa, amores non tantum vani, ac prophani, sed etiam vetiti, ac fœtidi, convivia, choreæ, conventicula, in quibus Bacho & Veneri laute litabantur: nec soli perire cupiebant; hinc socios sceluum aucepabantur, quos secum in commune traherent exitium. Spernebant, & deridebant in aliis sibi dissimilibus probitatem, modestiam, & devotionem erga superos; stultis illos annumerando ut qui florem Juventutis, & primævi sanguinis salientem ardorem, tetrico ac frigido cinere sopiri, extingui, & glaciali pruina decoqui sinerent; atque his artibus, scandalosis sarcasmis, & pessimis exemplis juvenes à cultu Numinis, & virtutis retrahabant, pejores filiis Heli, qui suis sacrilegiis homines quidem à sacrificiis absterrebant, & retrahabant, non tamen ad similia suis sacrilegia alliciebant, & pertrahabant; & tamen erat peccatum puerorum grandinem coram Domino. *I. Reg. c. 2.*

Celebrantur ludi Saturnales, tristes cæcæ gentilitatis reliquæ; coryphæi in his esse volebant Verres, & Marianus, nobile par fratum: transacta inter choreas, saltus, pocula, lascivas cantilenas, larvatas circumcursationes integra die, vesperi se receperunt in domum aliquam infamem, ubi

ubi cupiditatibus suis fræna laxarent nocte illâ infâstiâ, & nefastiâ. Jam ferè ad dimidium noctis pervenitum erat, cùm Marianus Verrem monet, tempus esse tandem domum revertendi, noctem jam processisse, se jam nauicare has delicias nimium protractas, gaudia in rædia abivisse se magis somno, quâm ulterioribus delectationibus indigere, quietem sibi fore jam delectationem maximam. Abi in malam crucem, respondet Verres: ego verò hinc non discedam, nisi suavitatibus & deliciis istis collo tenus oppletus, & usque ad nauseam satur: hæc Verres ignorans jam gladium Divinæ vindictæ ex tenui filo pendulum capiti suo imminere, certam mox cuspidé suâ perniciem allatum.

Hæsit Verres; discessit Marianus, qui domum appulsus, sine mora se vestibus evere, & ad capiendam quietem disponere incipit; interim breviter disquirenti, quomodo diem præteritum transegisset, incidit, se pensum suum quotidianum, recitationem corollæ Marianæ, quam haec tenus nunquam intermisisset, divinæ Virginis needum persolvisse: luctabatur non solum cum somno, sed secum ipso, an pensum hoc differendum, & cras duplicatum, an verò nunc, non obstante lassitudine & somnolentiâ, meliore quo quidem tunc poterat modo solvendum esset, ut piam con-

consuetudinem haec tenus, etiam quando liberalius genio indulserat nunquam interrumptam, etiam nunc haud violaret: Vicit pietas qualiscunque in Virginem Matrem, etiam interscelera non extincta: arripit precatoriam corollam, titubante, & exerrante gressu in cubiculo deambulat; balbutit lingua, somno gravantur oculi, nictant palpebrae, orationem hiulcam interpolant crebri singultus, & oscitationes; nullae unquam preces Mariano longiores visae sunt, nec molestiores, & languidiores, quam istae.

His ita deproperatis, & debilateratis somno ebrios se temere in lectum infundit; sed vix clauserat oculos, cum hos iterum recludi jubet importuna, & sononora ad januam diligenter oppessulata pulsatio. Quis pulsat, exclamat Marianus; responsionis loco, vehementius iteratur pulsatio. Enim vero Marianus indignabundus, quis tam crudus & importunus, tempore tam inepto quietis tam necessariæ, & vix coepit & turbator? quanta hæc audacia? quanta inurbanitas? tandem insonat nota vox Verris sui socienni individui ita respondentis: rumpe moras, aperi; ego sum; an me non nosti? si cunctaris, etiam te invitô & reluctantem, vi intrabo. Bilem Mariano movit tam arrogans Verris responsio; bene habet, replicat Marianus, ergo nec pedem lecto efferam, ingredere

(F)

si

si potes, etiam in gratiis meis : vix hac
elocutus videt etiam clausâ januâ ingre-
dientem, & ad se accendentem Verrem,
longa, & ad pedes usque deflua veste ta-
lari indutum, sed pullatâ.

Impalluit ad hoc spectaculum Marianus,
pavore gelidus oculis in Verrem, & ejus
exoticum vestitum defixis, modumque in
cubiculum clausum ingrediendi perpen-
dens hæsit elinguis & attonitus, nec ver-
bum proferre ausus : unde Verres, quis te,
inquit, stupor occupat? an in statuam ob-
riguisti? cur non loqueris? an me non
amplius nōsti paulò antè à me digressus?
resumptis tandem animis Marianus : vox,
vultus, gestus, inquit, te quidem Verrem
esse indicant, sed imperceptibilis tuus in
hoc cubiculum ingressus, & atrata hac
tua toga te aut magum, aut umbram &
vernalem esse demonstrant.

Non abs re, replicat Verres; audi, jam
nunc tibi exponam meam infelicitatem, &
tuam felicitatem. Illa ipsa hora, qua me
in maledicta illa, & æternū maledicen-
da domo reliquisti, numerus nostrorum
peccatorum constitutus, completus, tem-
pus pœnitentiæ agendæ præfixum, imple-
tum erat : ambos nos volebant accusa-
tores diaboli sibi à Divina nemesi adjudica-
ri, & tradi, intercessit pro te, tunc Ma-
rianas preces deproperante, Divina ma-
ter apud filium, ajens, rem indignam es-
se,

se, ut ille, qui eo ipso tempore suam imploraret opem in mortis articulo, subitaneâ & improvisâ morte extinctus, ad infernum abriperetur; indulgendum potius ipsi adhuc esse ad pœnitentiam agendum temporis aliquid, se vadem fore, regum Marianum suis partibus non amplius defuturum, sed avidissimè hoc tempus acceptabile arrepturum, & ad salutem procurandam impensurum. Dilata pro te sententia, tibi facta gratia; quid enim de neget Filius Divinus Divinæ, & suppli canti Matri? in me omni Patrono, cum nullum mihi unquam conciliare studierim, & patrocinio destitutum. lata, & mox executioni data est rigidissima, sed simul justissima sententia: nam tandem peccando non tam satur quam fessus, dominum per illam angiportum, viæ compendium facturus, revertebar; cum ipsi dæ mones, quorum arbitrio jam traditus eram, ibidem mihi spiritum intercluserunt, & in momento animam corpore extrusam ad inferos deportaverunt: ut his fidem adhibeas, vide, contremisce, ex horresce; his dictis dilacerata ante pectus ferali togâ se undique flammis involutum, & vivum inferni titionem Mariani oculis spectandum exhibuit, quem hic portatilis infernus ita attonuit, ut crederet ipsum suum cubiculum in verum infernum fuisse mutatum. Sed mox cum infernali in

(F 2)

hor-

horrendos , & desperationis plenos ejus-
latus erumpente spectro evanuit, intole-
rabilis post se relicto fætore.

Marianus semimortuus jam non de ca-
piendo somno, sed de mutanda, & quidem
sine mora in melius vita seriò cogitans, in
genua inter uberes lachrymas provolutus,
imprimis millenas gratias liberatrici Vir-
gini persolvit, subinde promittit ac san-
ctè spondet, se quāmprimum Deo dante
& Virgine, cui omnia deberet, & impo-
sterum debiturus esset, adiuvante, seriâ,
rigidâ, diuturnâ, & totius vitæ tempus
adæquaturâ pœnitentiâ, scelera commis-
sa expiaturum, & in sciplo severè castiga-
turum,

Dum ista secum agitat, insonat consue-
ta RR. Patrum divi Francisci , quos
reformatos dicunt, campanulaa , ad pre-
ces matutinas media nocte decantari so-
litas Religiosos illos evocans. Campanulæ
tinnitum Dei se vocantis vocem interpre-
tatus Marianus, quid moror, inquit, quid de-
modo vitam emendandi & dignos pœni-
tentia fructus agendi, ac colligendi me-
cum disporto? hunc mihi indicat sonora pia
campanulæ lingua: non sum surdus, non re-
nuo, non obduro amplius cor meum ; se-
quor vocantem Deum : convolo ad Divi
Francisci Seraphici Religiosos filios, cum
ipsis sub crucis & pœnitentia lacero vexil-
lo usque ad ultimum vitæ halitum milita-
turus,

turus, & contra mundum perfidum, carnem rebellem, diabolum mendacem, & omnium hostium pessimum infestissimum me ipsum pio, & nunquam extinguendo odio depugnaturus: ad claustrum, ad tutissimum salutis portum me recipio. Rebellem cœlesti lumini se reddidisset Marianus, si non concubia adhuc nocte, & antequam dilucesceret. ad monasterium cucurrisset, & ardentissimis votis, inter lachrymas, & suspiria à superiore non tantum in monasterium, sed ipsum etiam sacrum Ordinem recipi in terram prostratus petiisset, recensendo ea omnia sincerè quæ secum acta fuerant.

Superior cautus ac prudens tanti momenti, negotium præcipitare noluit, non ignarus, mille subin dolos, fraudes, & mendacia sub ejusmodi simulatis conversionibus, & votis latere, vel si vera etiam essent, agi ejusmodi filios prodigos, & perditos, carnis mancipia certis cæcis, licet piis æstris, & impetibus, qui tamen nihil soliditatis aut constantiaz habeant, & instar certorum igneorum phænomenorum in æte crepent, ac pravarum consuerudinum catenis facile in antiqua vitia & sordes retrahantur.

Dum igitur Marianum adhuc suspirantem & flentem in Monasterium admittit, duos è suis Religiosis viros graves, & doctos mox mittit exploratum, num iis, quæ

(F 3)

nar-

narraverat, & affirmaverat specialiter de suo infelice socio Marianus, veri aliquid subesse ex indicatis signis & vestigiis deprehendatur: qui paulò post domum reversi suo Superiori restulerunt, & testati sunt, se in dicto angiportu invenisse Verris cadaver horridum, torridum, carbonis instar nigrum, maculis igneis hincinde distinctum, in angustum angulum vi intrusum, facie torvâ, tumidâ, & collo in tergos monstrosè obtorto; quod horrorem etiam à longè aspicientibus incutiebat. Quibus auditis Marianus in Monasterio retentus, & postquam consuetam annuam probationem summo fervore exantlavit, per solennia vota sacro Ordini adscriptus, ac subinde ad convertendos paganos, ut scribitur, missus, ut serventissimus Apostolus ac Missionarius suis laboribus & ærumnis immortuus est: atque ita DEus nobis ob oculos ponere voluit duo exempla, unum suæ rigidæ justitiae; alterum suæ inexhaustæ misericordiae, & pietatis maternæ Divinæ Virginis. Hic illud impletum est Matth. c. 24. Unus assumetur, & alter relinquetur.

Unius animæ damnatae apparitio, eaque transvolans ac brevis tantam vim habuit, ut hominem vitiis innutritum & aurium tenus immersum ruptis longæ conseruidinis ferreis vinculis, ad frugem & meliorem vitam converteret; tu ergo, ne

in

in peccata ruas, assuece identidem ob
mentis oculos tibi ponere inferni flam-
mas, quæ te illuminent in tenebris, &
umbra mortis in hoc mundo sedentem, ad
dirigendos pedes in viam pacis & salutis:
*Descendant in infernum viventes, ut non
descendant morientes:* monitum erat S.
Gregorii. Attenta harum flamarum con-
sideratio frigido cor tuum constringet ti-
more, qui omnem infrunitæ concupiscen-
tiæ extinguet ardorem.

Fortassis tibi persuadebis, sufficere ad
obtinendam salutem, si magnâ in Virgi-
neam Matrem conceptâ fiduciâ stato, ac
quotidiano aliquo obsequio eam tibi de-
vincire studueris, adducto in exemplum
Marianô; confirmare hoc fortè conaberis
communi SS. Patrum sensu, & asserto,
virgini devotum servum perire non posse
aternum, ex horum numero S. Bonaven-
tura in Psalm. Virg. sic loquitur: *Qui
habuerit characterem Mariae, notabitur
in libro vite.* Sed adverte, sufficiet, & ef-
ficiet, ut salutem consequaris, si fuerit
devotio erga Beatissimam Virginem vera,
sincera, & genuina, si secum trahat seriam
& veram poenitentiam, prævæ vitæ mu-
tationem in meliorem, qualem vidisti fuis-
se devotionem Marianæ: genuina devotio
erga Beatissimam Virginem tuetur & pro-
tegit peccatores, ut poenitentiam agant,
ut convertantur & vivant, non ut eò au-

(F 4)

da-

daciūs peccent, & in peccatis hæreant;
 Proinde si tu aures occludas Divinis in-
 spirationibus, internis te monentis & vo-
 cantis Dei vocibus, quas tibi à Deo impe-
 trat misericordiae Mater, tua devotio Ma-
 riana, qua te cœlum speras empturum
 moneta est adulterina, falsa, nullius pro-
 fusi valoris, mera deceptio, & illusio est.
Quis divinaverit, an Marianus salutem
 æternam fuisset consecutus, & non potius
 æternūm periisset, si surdis auribus tran-
 fire permisisset sonoram illam Dei, Ver-
 rem punientis vocem, vel potius illud Di-
 vinæ nemesis tonitru, quod Mariano Ma-
 ria impetrare, & ita ejus erga se constan-
 tem affectum remunerari dignata est.

Historia Nona.

Pro nona Meditatione.

De Peccatis Venialibus.

SOlūm in curiis & tribunalibus proph-
 nis hujus mundi locum habet regula
 illa: *De minimis non curat Prætor;* Non
 autem in curia cœlesti, & sacris Christi
 tribunalibus. Causa hujus diversitatis est
 clara, nam onus Judicium prophanorum
 esset intolerabile, si propter quamlibet fe-
 stucam, propter quodvis minimum fasti-
 di-

dium, aut dissidium pro tribunali sedendum, testes audiendi, & decretoria sententia ferenda; Judices ipsi toties rei forent, & ad altiora citandi tribunalia, quoties vel minimum defectum admitterent, unusque foret processus in infinitum, cum etiam justissimi homines septies, vel saepius cadere dicantur in die: his molestiis & difficultatibus non subjacent sacra Christi tribunalia, nam ipse Judex Christus omnis etiam minutissimæ culpæ expers, imò incapax non habet, unde judicetur; *Sanctus enim est, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus;* nec ullam patitur difficultatem in judicando, nec testibus eget ullis, cum sit infinitæ sapientiæ, & omniscius, *Deus Judex justus & fortis Ps. 7. Ego sum Judex & testis,* dicit Dominus *Jer. c. 29.* In ipsis amicis sibi dilectissimis punit rigidissime etiam levissimos errores, naves minimos acri, & igne emaculat lixivio: docebit hoc sequens historia, quam Joannes Rho *P. 2. suorum Sabbat. Exempl. 14 ex Chronico Verodunensi excerptam ita recenset.*

Circa annum Christi octingentesimum quinquagesimum Verodunensem in Burgundia Episcopatum administrabat Beringarius, Vir omnibus dotibus & virtutibus, quæ in Episcopo ab ipso etiam Apostolo Paulo desiderari possunt, or-

natus, eximia probitatis & sanctitatis famâ celeberrimus: Elegantissimo templo Cathedrali B. M. V. honoribus dedicato tam contigua erat sedes & ædes Episcopalis, ut per scalam secretam facilis esset descensus in ipsum templum, quâ opportunitate Berengarius strenue utebatur singulis ferè noctibus ad lendum liberè suo fervori, & erga B. V. tenerrimo affectui, comite & consilio unico clero fidelis, & Domini sui vestigia premente, qui exilem candelulam præferens, viam, ne impingeret, aut cespiraret, per arctam, & obscuram scalam monstrabat. Hærebat ibi optimus Præfus longis orationibus, pro grege suo dormiente vigil Pastor, potissimum noctis partem consecrans.

Subsoluit hæc pia consuetudo sui Episcopi Bernerio Cathedralis Ecclesiæ Præposito: hic Præfus sui æmulans pietatem, & imitaturus exemplum, clam & ipse per ostiolum post choros in muro apertum, ad quod referandum clavis semper penes Præpositum est, nocte in templum penetrat: nec Berengarius obstatit huic pia æmulationi sui Præpositi, quam potius magis accedit, lætus, quod suas precibus Bernerii, vulgo pro Viro religioso, & devoto, qualis etiam re ipsa erat, habiti, jungere posset.

Nocte quadam Præpositus suum Episcopum

pum prævenerat, & prior suas preces in terram pronus, in ingressu chori inchoaverat; tamque profundè in eas mentem immerserat, ut non nihil tardiorem Præfusis adventum non advertens, illi ad consuetum suum locum viam obstrueret; inter tenebras itaque in Bernerium adhuc penitus absorptum, vel omnino extaticum impingens, calce nonnihil fortius non sine levi aliqua indignatiuncula illiso, ut eum excitaret, cede, inquit, nec viam mihi obstruito; tu tuum, ego meum tenebo locum. Præpositus excitatus, nec verbulô dicto se in alteram recepit partem ad nutum obediens, & cum suo Episcopo longas pro more preces prosecutus est; quibus finitis Episcopus præposito, ut alias semper, ita etiam tunc suavissimas gratias egit pro præstito in persolvendis precibus consortio, & præcedentem cum tenui lumenine Clericum sequetus, immemor admissi à se levissimi defectus, ad suum rediit cubiculum.

Temerè selectulo injecerat Berengarius, aliquid quietis potius delibaturus, quam capturus, cum necdum clausis in somnum oculis se ante lectulum sistit Cœlorum Regina duabus stipata divis Virginibus, & Martyribus, Agneta & Thecla; hæc virginem manu præferebat, nec Berengarius eam satis dignoscebat, quamvis B. V. ex facie, oculis, ex luce, quam undique

que diffundebat clarissimam, totoque corporis habitu, facilè à reliquis distingueret: hæc proprius accedens, Berengari, ait, tu omnis sollicitudinis expers, conscientia tibi non ducis, nec defles errorem paulò antè commissum? quid ausus es? pede trudere sacerdotem, servum meum Bernerium, conservum tuum, & quidem eo ipso tempore, quo mecum submissè & devotè loquebatur? cur ejus mentem disturbâsti, & à fervente oratione avertisti? nec melius hæc ponderas? scio equidem, te, ut bonum Pastorem decet, semper diu noctuque gregi tuo indefessè invigilâsse, cultuique tam erga Deum, quam erga me promovendo studuisse; sed ob defectum hac nocte commissum ego te in hoc adhuc vita maternè castigabo, ne in altera ob hunc severè puniaris: pes delicti instrumentum, noxæ detur, & plectatur, ut exin discant omnes, Mariam servos suos non minus fortiter protegere, quam delinquentes, etiam levissimè tantum, punire, accorrigere.

Tu itaque diva Thecla, virgæ, quam manu tenes, exorbitantem plecte pedem. Obediit Reginæ suæ Thecla, & post unicum prævaricatori pedi inflictum ictum, scena evanuit. Sed pes percussus mox tam acriter cœptus est cruciari dolore, ut Berengarium virum sanctum, & duris assuetum, in alios ejulatus erumpere coegerit. Ac-

Accurrēre domestici, opem laturi: exploraverunt læsum pedem; contemplatus illum est etiam ipse met Præful; arefactum credidere, cùm nec alienæ, nec propriæ manus tactum sentiret: erexit se ex lectulo, periculum facturus, an rectus incedere & gressus moliri posset: sed expertus est, dextrum pedem viribus destitutum suo deesse officio, atque adeò claudicandum esse. Interrogatus de causa, & origine malitiam subitanæ, hoc solum respondit: Supplicium est peccato à me commisso jure inflictum, ut illius ad omnem, quem formabo, gressum, meminerim: cras totam rei seriem ex me intelligetis. Dimissis à se domesticis, reliquum noctis deflendo amaris lachrymis delictum admissum, & gratias demississimas Divinæ Matri agendo, ac iterando, quod tam maternè ac benignè ipsum punire hic dignata sit, ne gravius alibi puniretur, transegit.

Ubi manè consuetâ horâ signum ad Divina celebranda datum est, præstò fuit, ut alias, alacer Antistes, sed præter morem vehementer claudicans.

Canonici, & reliqui præsentes omnes hoc malum urenti adscribebant podagræ, optimi sui Præfulis sinistræ sorti indolentes, simul ejus invictam patientiam, & animi fortitudinem admirantes, quod omnibus, licet acerrimis, doloribus superior

perior, altari assistere, & Divinis operari statuisset. Sed hunc innocentem errorem eos deducuit ipsem Berengarius: hic enim coram omnibus quotquot in templo praesentes aderant, ad se Beren-
rium Praepositum advocat. & demississime
veniam rogat commissi contra ipsum pi-
culi, & illatæ offensionis, subjungens ex
ordine, quidquid secum illa nocte gestum
fuerat, veramque suæ claudicationis cau-
sam dilucidè explicans.

Tota concio non satis admirari potuit
demissionem, ac miram Antistitis sui hu-
militatem, tum etiam rigorem Divinæ
justitiae, tam exiguos defectus in viris
tantæ perfectionis, ac virtutis, Deo cha-
rissimis tam severè punientis.

Berengarius subinde secum statuerat
Episcopali se abdicare dignitate, sed cum
id potestas altior non admitteret, in Mo-
nasterium Ecclesiarum propinquum se rece-
pit, ibique inter religiosos sancte vivens
quietem religiosam cum pastoralibus cu-
ris, & negotiis conjunxit.

Placuit & superis hæc vivendi metho-
dus; nam longo post Berengarii mortem
inter Religiosos illius Monasterii piissime
obitam, tempore, urnam, quæ pios Be-
rengarii cineres tegebat, loco movere,
& aperire oportebat, ut novæ fabricæ,
quæ in templo surgebat, locus daretur:
in ea inventum est corpus Berengarii ad-
huc

huc integrum, ab omnitate liberum, & incorruptum, solus pes reus, & à diva Thecla percussus, in pulverem abierat.

Ex suppicio tam rigido, quod viro tantæ probitatis, Episcopo & Præsuli tam zeloso, & vigili, ob defectum tam levem vivo inflictum est in hac vita, & post hanc vitam ejus piis exuviiis, colligere, & discere convenit, quo loco habendæ, qua staterâ ponderandæ sint culpæ, communiter dictæ leves, & veniales, quales solum sunt, & dici possunt, si cum peccato mortali omnium malorum maximo comparentur; licet in seipsis, & cum aliis collatae malis, sint mala grandia, & maximorum malorum causæ, & maximis dignæ suppliciis in præsenti, & futura vita.

Historia Decima.

Pro decima Meditatione.

De Purgatorio.

AB Ecclesiastico viro ob levem defectum graviter punito in hac vita, progedior ad alios Ecclesiasticos viros ob similes leves errores in altera vita severissimè punitos in carcere purgatorio. Mentionem feci in primo puncto hujus Meditationis de poenis divo Severino Archiepiscopo Col-

Coloniensi sanctitate, & miraculis claro
in purgatorio inflictis, ut narrat Petrus
Damianus in Epist. 14. ad Abbatem Desi-
derium scripta, c. 7. & Card. Bellarmi-
nus in suis controversiis, sive Polemicis
Libris de Purgatorio allegat, quod hic
fusius juvat recensere.

Archiepiscopalis Ecclesiæ Coloniensis
Canonicus tenui Rheni brachium, equo
insidens, transvadabat, cum subito ex
illo emergere cernit S. Severinum paulo
ante defunctum, qui injectis in frænum
manibus equum cum equite stitit. Ter-
ritus aliquantum Canonicus, excusso ter-
rore, Sancte, inquit, Præsul, dudum te
coelo receptum credebam; quid sibi vo-
lunt hæ tuæ in terris moræ? quid agis
his aquis immersus? Abluo, responderet
Severinus, his aquis maculas meorum
defectuum, cum in cœlestem patriam ni-
hil coinquinatum introire possit, & nec
minimo sive culpæ, sive poenæ reatu illa
porta pateat, sed sicut Propheta Malach.
c. 3. monet. purgabit Filios Levi, &
colabit quasi aurum, ut postea fulgeant in
Cœlo quasi stellæ in perpetuas æternita-
tes. Dan. c. 12. & O! quam acri non
torqueor ardore in his aquis! ut firmio-
rem mihi fidem adhibeas, descendere ex
equo, & ipsem experimentum cape:
paruit Canonicus; immersit dexteram
manum tantisper in aquas illas, momento
illam

illam denuo retrahens, sed tam malè
multatam, & lixatam, ut pelle & carne
defluente sola superessent nuda, & ambu-
sta ossa, nec aliter ægra manus pristino
statui & sanitati restitui potuit, quām
per miraculum, ab ipso sancto Severino
perpetratum.

Stupore defixus Canonicus interrogare
pergit: & quomodo fieri potuit, ut tu
beatissime Pater! qui ob morum integri-
tatem, & vitæ sanctitatem, & donum
miraculorum præsertim post mortem
Beatis ab omnibus accensebaris, ad tam
atrocem poenam condemnareris? Expo-
nam tibi causam, subjungit Præsul; tu
verò ex defectu meo tam severè punito
disce, quām devotè & attentè quotidiana-
num Horarum Canoniarum pensum per-
solvere debeas: non ignoras, me Cæsari
ab intimis fuisse Consiliis; hoc in officio
tot ac tantis obruebar negotiis, ut has
preces nec debito tempore, nec debito
ordine, nec debito fervore recitarem,
eas modò differendo usque ad seram no-
ctem; nunc præoccupandô, & ipsam au-
roram, vel saltem solis ortum prævenien-
dô, sèpè distractô ad imminentia negotia
animô: hi sunt mei defectus, qui hanc
meruerunt poenam; hæ sunt maculæ, quæ
tam acri lixivio eluendæ sunt. Siquid
pietatis, siquid misericordiæ tibi inest,
succurre, mèque his igneis extrahe vor-
(G) ticibus;

ticibus; in subsidium voca etiam reliquos Canonicos, totum Clerum & urbem Coloniensem; ad placandum mihi jure offendum Deum offerte sacrificia, preces, elemosynas, ut eò citius omnibus expunctis debitibus liber ex hoc igneo varcre in charam cœlorum Patriam, quæ me avidè expectat, volare possim.

Aliam huic non absimilem historiam attexo, quam mihi suppeditat P. Carolus Gregorius Rosignoli S. J. in prodigiis divinis de animabus purgatorio carcere detentis, prodigo trigesimo octavo; hæc quoque concernit hominem religiosum, & Ecclesiasticum, qui defectus linguae post mortem lustricis ignibus expiare coactus est.

Durannus ex Monacho Abbas, ex Abate Episcopus Tolosanus, adhuc Monachus suis colloquiis familiaribus sèpius immiscebat jocos aliquos salientes, ingeniosos quidem, & qui risum audientibus ciebant, Monacho tamè minùs convenientes. Hugo tunc Monasterii Abbas suspiciebat in Duranno eximias animi dotes, & pronam ad omnem probitatem in dolem, & hinc in ipso identidem carpebat hanc acuminatam loquacitatem, paternè monens, exueret hanc consuetudinem Monacho ac Sacerdoti dedecorosam: merito ipsum pudore suffundi debere, quod lingua ejusmodi ridiculis gerris, & ingeniosis nugis con-

contaminatâ, quotidie ad aram immaculatum Agnum Divinum excidere auderet; in ore sacerularium jocos esse jocos, in ore Sacerdotum ac religiosorum blasphemias: consecrâsse ipsum os suum prædicando Evangelio, aperire illud facetiis, jocis illiberalibus, vel etiam fœculentis, esse peccatum, his assuescere, esse Sacrilegium juxta effatum divi Bernardi *L. 2. de consideratione:* *Inter sacerulares nugæ sunt nugæ, inter Sacerdotes, blasphemiae.* Consecrâsti os tuum Evangelio: talibus aperire, illicitum, assuescere sacrilegium. Sed frustraneæ fuerunt optimi Abbatis paternæ admonitiones; Durannus hanc sinistram consuetudinem ex claustrō ad infusam Episcopalem extulit, qui sacrae dignitatis gradus plus gravitatis, & serietatis requirebat.

Post fatâ Seguino Monacho olim singulare, & familiari suo amico, cum quo ejusmodi jocos liberalius miscere solebat, se præsentem stitit, sed horrido aspectu: Ejus os erat foedè distortum, labra tumida, ulceribus plena, ex quibus fœtidum pus, & stomachum evertens sanies defluebat; lingua arida, exsucca, instar ferri carentis, ignita, venenatis, & graveolentibus pustulis plena, ut non solum naufragium, sed etiam horrorem excitaret. Ita deformatus lamentabili & raucâ voce Seguinum inclamans rogat celerem operem

(G 2)

&

& promptum suffragium. Vivebat adhuc Hugo Abbas; huic suas, quibus premebatur, angustias & miseras referri jussit, additis precibus, dignaretur ipse quanto-
cyus adjutricem porrigerem anum, & ad
hanc fraternalm pietatem omnes suos Mo-
nachos invitare, ut his purgatoriis crucia-
tibus, quos propter suas nimis falsas face-
rias, & inobedientiam erga ipsum, tunc
suum superiorem admissam tolerare coge-
retur, ocyus exire posset.

Ad votum Duranni cesserunt omnia.
Consultum, qua potissimum ratione su-
currendum esset misero; & unanimi con-
sensu conclusum est, quia contraria con-
trariis curantur, per integrum hebdoma-
dem abstinendum esse etiam à consuetis
colloquiis, & tam strictum ab omnibus
& singulis Monachis servandum esse silen-
tium, ut ne verbum quidem proferant,
quod non necessitas expresserit; tam san-
cto silentio tanquam praesente antidoto
expiatum & sanatum iri foeda loquacita-
tis ulcera. Tam sancte tamen indictum
silentium custoditum non est, ut non ab
uno Monachorum violaretur instituto
cum saecularibus colloquio; hinc Duran-
nus rursus suo Seguino apprens, amare
de hac violatione & inobedientia conque-
stus, rogavit, rursus redordirentur inter-
ruptum silentium, per quod jam pene ly-
trum persolutum erat, ipse vero jam in li-
mine

mine purgatorii carceris stabat inde existurus, nisi illius Monachi culpâ in illum rursus retrusus fuisset. Post indictum Abbatis jussu, & exactius servatum septem dierum silentium mox iterum adfuit Durannus, pontificiis induitus vestibus, ore sano, serena fronte, lœta facie, undique lucidis radiis circumfusus, sequè Abbatistit, impensè gratias agens promisericordia, & pietate sibi exhibitâ; addidit, se in coelo, ad quod mox evolaturus esset, specialiter memorem futurum eximi beneficij, in hoc monasterio accepti, nec debitæ erga hoc gratitudini unquam defuturum: id sibi maximo esse solatio, quod eâ lingua, qua toties garriendo, jocando, & pungendo, Deum offenderat, nunc eundem laudaturus, glorificaturus, eique perennes gratias decantaturus esset in perpetuas æternitates.

Ex primo horum exemplorum Vir Ecclesiasticus occasionem sumet serium concipiendi propositum, quo statuat, meliore ac debito ordine persolvere preces canonicas, ne in fascem collectæ uno quasi halitu, jam pridem extincto lucis sidere, deproperentur cursoriâ lingua: si tamen gravia, & summi momenti negotia debitum aliâs horis canonicis tempus sibi vendicarent, præstat semper eas manè præmittere, quam serò subjungere ejusmodi negotiis; quod trito illo firmatur axio-

(G 3)

mate:

mate: ante tempus, diligentia: in tempore, obedientia: post tempus, negligentia. Nec culpam ille effugit, nec poenam effugiet, qui preces has recitat sine attentione, quæ se extendere deberet non solum ad accuratam verborum & litterarum pronuntiationem, sed etiam ad sensum similium verborum, vel reflectendum erit, quod cum Deo loquamur, ut eum debito cultu veneremur, adoremus, & rogemus: psallam spiritu, psallam & mente 1. Cor. c. 14. ne Deus etiam de nobis, ut olim de Hebreis jure conqueri possit: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Isa. c. 26.

Secundum exemplum docet & monet virum Ecclesiasticum, quantum dedebeat os Deo sacrum contaminare non solum detractoriis, murmuratoriis, derisoriis, impredicatoriis, mordacibus, vel obscenis verbis, sed etiam certis facetiis scurrilibus, jocis salientibus, æquivocis, haram, vel omnino Venerem olentibus, ad excitandum risum in audientibus. Linguas sacerorum Ministrorum, nempe virorum Ecclesiasticorum, ac sacerdotum, ajebat divus Isidorus, oportet esse omnis honestatis, & gravitatis conditoria; sive honestatis, & gravitatis delubra. Lib. 3. Epist. 287. nec profananda sunt ludicris, nimicis, levidensibus verbis, aut nugis.

Histo-

Historia undecima.

Pro Meditatione undecima.

De Filio Prodigio.

SCopus, ad quem hæc meditatio dirigitur, est animare peccatorem, ut animal erigat, firmamque spem erga Divinam misericordiam concipiat, ne incensus per priores meditationes de divinæ justitiæ rigore timor animalium nimis deprimat, & in diffidentiam, in desperationem degeneret; sed spe ex consideratione infinitæ bonitatis, ac misericordiæ Divinæ ortâ, mitigetur, ac temperetur; cum tandem Deus etiam offensus, tamen Pater esse perseveret, etiam postquam nos filii esse desivimus, nec sua indole aut natura fertur ad puniendum, aut in verbera proclivis est, sed minatur supplicia, ut fugiantur, vel si ea etiam infligit, querit emendationem, non exterminationem: hinc Ecclesia ad nostram consolationem Deum meritò ita alloquitur: *Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere.*

Possem in hujus veritatis confirmationem, ad persuadendum peccatori, semper viam patere ad obtainendam quorumcumque peccatorum veniam, & de hac nunquam, non dicam desperandum, sed nec dubitandum esse, modò ipse sibi deesse

(G4)

no-

nolit, myriadem exemplorum adducere, cùm Psaltes regius nobis accinat: *Misericordia Domini plena est terra. Psal. 32.* Quin & libri, maximè ascetici, omnes tot linguis, quot ferè foliis misericordias Domini enarrant, & decantant. Id solum proponam, quod homini Ecclesiastico persuam effrænem vivendi methodum ad statum filii prodigi deteriorem redacto evénit; discensit hic ut ille à patre, redit ut ille in brachia, & amplexus cælestis Patris à beatissima Virgine misericordiarum matre, peccatorum refugio, & consueto canale, per quem Deus gratiarum, & miserationum suarum fluenta in nos derivat, attractus. Totius rei seriem exponit Daniel Bartoli *in vita S. Ignatii de Loyola L. 5. c. 5. n 66.*

Vivebat Avenione anno millesimo sexcentesimo urbis illius Vicarius, tenerimus Divinæ Matris cultor à primis usque unguiculis, quod unum in ipso occurrebat laudabile; cætera omnia vituperio digna; erat enim moribus dissolutissimis, virum Ecclesiasticum, maximè in tam sublimi gradu collocatum, summè dedecentibus, petra scandali, dicteriorum meta, totius urbis, & Diœcesis probrum. Dies non abibat, qua se non sentiret impulsibus internis vehementer quat, & urgeri, tandem ad cor, & in viam salutis rediret, relictâ perditionis semitâ; procul dubio bene-

beneficium hoc erat à beatissima Virgine, quam etiam inter scelera venerari, & invocare nunquam cessabat, misero imperatum: Verum ipse ad has Dei vocantis voces surdus, ad hos ictus æreus & ferreus ferebatur in perniciem ab effrænatis cupiditatibus secundo flumine abreptus.

Sordidus vitæ tenor corporis vires ita exhausit, & enervavit, ut in gravissimum morbum inciderit; nisi malimus tam periculosi morbi originem beatissimæ Virgini, in reum maternè sacerenti adscribere; in hoc à medicis jam destitutus, violentiâ morbi omnem vim medicinarum superante, eò ardentius ad implorandam Virgineæ Matris opem se convertit, non alio illam titulo honorans, quām ut meminierit, quòd sit *refugium peccatorum, consolatrix afflictorum*: ô admirabilis, ô amabilis mater, ô protectrix piissima & potentissima, ingeminabat, ne me deseras in hac extrema necessitate: placeat meminisse, me fuisse semper ac constanter servum tuum fidelem, nec diem ullum præteriisse, quo tuum patrocinium non imploraverim sedulò, & te, actuum nomen non veneratus sim ferventer. Reus sum, fateor, multa commisi scelera, non nego; vitam hæc tenus duxi, non abnuo, charactere, statu, & gradu meo indignam: sed in triumphum, in trophæa infinitæ tuæ misericordiæ cedent scelera mea, licet

(G 5) maxi-

maxima, longè tamen minora tuâ misericordiâ immensâ; ego jam nunc detestor & abominor omnia coram te, æternum ea etiam imposterum detestaturus, & abominaturus: non amplius ero, qui fui, si me liberas, uti demississimè rogo, ex præsenti periculo: ita statuo, ita propono, ita promitto.

Laudabilissima proposita, dices, hominis seriò conversi, & priorem vitam male actam detestantis. Sed non ejusdem tecum mentis Augustinus est, ita loquens *Serm. 66. de temp. Pœnitentia*, quæ ab infirmo petitur, infirma est; quæ à moriente petitur, timeo, ne & ipsa moriatur. Talem judicâsse videtur etiam ipsa beatissima Virgo, quæ importunis ægri à medicis destituti, & inter vitæ mortisque confinia constituti precibus adacta, se denuo spectandam dedit, sed vultu in morem stomachantis, & indignantis, qui quidem audire, non tamen exaudire velit. Exprobavit ipsi amarè scandalosam, & probrosam, quam hucusque inter continua, & concatenata scelera duxisset, vitam; duritiem cordis, qua hactenus tot admonitionibus Divinis obstinatè restitisset; tot inspirationes surdis, studiô obturatis auribus elusisset desuper immissas in eum finem, ut cum à præcipitio, cui jam proximus erat, in viam regiam ad cœlum retraherent: audivisse quidem ejus preces &

& suspiria, ejus mutandæ in melius vitæ proposita, & promissa; non tamen ignorare, hæc in primoribus nata labris, nullas in corde fixisse radices; ad mortem vitandam, non ad vitam mutandam, & emendandam directa: obsequia servitutis quam erga se profiteretur, nullo apud se in pretio esse, nec pro his ullam à se mercedem expectaret, ne minimam quidem, nam obsequia ab iis præstata, qui sibi temerè titulum servorum Mariæ assumunt, & se ipsos catalogo Marianorum servorum adscribere præsumunt, interim tamen, ut ipse, assiduis, gravissimisque criminibus se contaminare pergunt, quemadmodum suo filio, ita sibi placere haud posse; nullius esse ponderis, nullius meriti, nuces nucleo cassas, poma sodomitica. Hæc elocuta, torvis eum, & obliquis contuens oculis, disparuit.

Videri poterat Beatissima Virgo se in hac scena potius demonstrasse speculum justitiae, quam matrem misericordie, cum tamen hic ipse severior agendi modus fuerit ingeniosus partus exquisitæ misericordie erga miserum ægrotum, qui deposita omni spe servandi diutiùs vitam mortalem, se totum convertit ad hanç felici fine claudendam, & vitam immortalem obtinendam. Jubet itaque accersiri virum è Societate Jesu tam à doctrina, quam à sanctitate clarum, sibique apprimè charum;

rum; hunc in partem laboris vocat, nimurum ut se consiliō & auxiliō paternō adjuvet gravissimum tot peccatorum pondus à se amoliri, & depressam tot atrocibus sceleribus conscientiam funditus exonerare, atque ita tandem serio cum Deo in gratiam redire, nunquam amplius amittendam: & hoc unum erat, quod suo truci vultu, & materno rigore piissima Virgo impetrare, & extundere cupiebat: totius vitæ decursus percurrentus, & relegendus erat: dum igitur exhomologesim de tota vita inter serias verè contriti cordis lachrymas singultus, & suspiria inchoat, tanta fuit attentio in enucleatè enumeranda tam gravium & diversorum peccatorum farragine, tam vehemens in his detestandis dolor, ut febri paroxismo correptus animo linqueretur, & omni sensuum usu destitutus, sui impos, confessionem interrumpere cogeretur.

Ita cum febre luctanti, & extra se constituto se denuo visendam præbet Divina Mater, iterum truci, & subirato vultu. Et quid hoc portendit; utique hæ suæ lachrymæ non sunt lachrymæ Crocodili, sed serio dolentis, & amantis cordis indices? hoc Virginea facies severa exigebat, ut non se solam, sed etiam S. Ignatium Loyolam, cui, & cujus Societati erat addictus, gratiæ accipiendæ agnosceret auctorem,

vel

vel Promotorem: ad geniculabatur Beatisimæ Virgini divus Ignatius; ex parte dextra Virgini assistebat Christus, Divinus ejus Filius; vulnus in ejus latere lanceâ apertum objectâ manu tegebat Virgo: Agrotus hac secundâ apparitione, magis, quâm primâ territus inter sacram & saxum hærebat, quid speraret; quò se verteret, nescius. Nihil boni licebat omnari ex vultu torso Virginæ Matris; pessimum erat signum, à Virginie coopertum, & absconditum vulnus Lateris Christi; quid enim aliud crederet, quâm sibi fontem gratiarum, & misericordiarum ab ipsa Matre misericordiæ obstructum & exsiccatum fuisse; unde nihil aliud concludebat, & secum ipso dicebat, ac repetebat, quâm: actum est de me, sum perditus, nulla pro me superest gratia, nulla misericordia.

Verùm animos addiderunt, & meliora suaserunt calidæ preces, quas pro se ad Beatissimam Virginem fundi à S. Ignatio audiebat: rogabat hic virginem, consuetos Benignitatis suæ favores exhiberet homini sibi & suæ Societati semper addicto; panderet maternum misericordiæ sinum pœnitenti, & seriò dolenti: se pro ipso spondere, & vadere fore, si pristinæ restituatur sanitati, mores mutaturum, & stylum veterem in novum, memorem gratiæ, vitæque recuperatæ, quam de novo datam, & donatam non alii, quâm Deo lar-

largitori impensurus esset, probitatis im-
posterum futurus exemplo, quibus haec-
nus scandalο fuerat.

His Divi precibus flecti, & mitigari vi-
sa est virgo: sereniore jam vultu ad æ-
grotum se vertens, interrogat, si vita
gratia fierer, quam hujus methodum es-
set observaturus: talem, respondet inter
copiosas lachrymas ægrotus, qualem pro
me spoondit patronus & vas meus Ig-
natius: conabor esse speculum virtutum
omnium, qui prius fueram sentina vitio-
rum omnium: ita spondeo, voveo ac
juro: sic me adjuvet tua protectio, divi
Ignatii patrocinium, gratia filii tui Divini,
in quo spes meas omnes colloco. Dispul-
sis prioris indignationis atris nubibus re-
nidente & placido vultu vulnus lateris sa-
lutis fontem dexteram retrahens detegit,
immissaque in illud manu, infirmum Di-
vino sanguine aspergit; simul omnia dis-
parent, & scena clauditur. Infirus ve-
rò non solùm extra omne periculum se
constitutum, sed firmiori, quam prius,
sanitati restitutum, incolumem & robu-
stum esse experitur. Nec suis defuit pro-
missis, non solum non rediit ad vomi-
tum, sed ex filio prodigo in genuinum
mutatus Dei filium constanti rigidaque
penitentiā prioris vita maculas eluens,
ea probitatis virtutumque edidit specimi-
na, ad extremum usque vitæ halitum, quæ
pium

pium sacerdotem, zelosum & vigilantem pastorem decebant, & ad expungenda priora scandala abundè sufficiebant; semper memor & gratus erga Matrem misericordiæ, & evergetem ac sospitatorem Ignatium,

Nunquid in hoc homine Ecclesiastico nobis ob oculos positsm cernimus vivis coloribus expressam filii prodigi imaginem, qui ex maximo infortunio suam hau- sit fortunam, & in sinu pietatis sui patris invenit suam felicitatem? Ita planè evenit prædicto Vicario Avenionensi. Morbus lethalis origo fuit melioris ac firmioris sanitatis, & vitæ; hic enim ipfi excusit lethargum, quo jacebat sepultus, salutis suæ supine incurius: nec rarum est quod homines, quos prosperitas à Deo avulserat, adversitas, & calamitas ab ipso Deo immissa, ad Deum revocet.

Quis in hoc eventu non admiretur longanimem Dei misericordiam, Mariæ benignam pietatem, Divorum facilitatem & promptitudinem in reducenda peccatoribus ad poenitentiam, denique paternam, & amoris plenam Dei clementiam in recipiendis in pristinam gratiam illis, qui suos errores detestati ad se revertuntur? Excita igitur, & incita spem tuam, ut multitudini miserationum Divinarum innixa, immodicos excludat timores; tu vero agnoscas, adversitates ipsas, variasque ærumnas,

rumnas, quibus te Deus in hac vitâ punit
esse effectus Divinæ erga nos misericor-
diaz, solidique amoris, quibus nos in or-
bitam reducere, & ad coelestes agni nup-
tias compellere conatur.

Historia duodecima

Pro Meditatione duodecima.

De duobus vexillis.

Mundum ingredi, ut in eo vivas, est
aciem ingredi, ut in eo configas, ita
nos monet Job. c. 7. *Militia est vita ho-*
minis super terram, Vita nostra est per-
petua pugna, quotidie configendum, &
aut vincendum, aut succumbendum est.
Si hodie vicimus tentatorem sathanam,
cras iterum efferatior, & ex vulnere fe-
rocior compareret in acié nos victurus, &
in diram captivitatem abstracturus. Ne-
mo viventium ab hac inevitabili necessi-
tate pugnandi, & configendi eximitur,
cum ipsum vivere, pugnare sit, & nun-
quam etiam post obtentas mille victorias,
debellatum sit. Hinc nobis divus Ignatius
meditationem de duobus vexillis
proponit, ut nos animet, ad nomen dan-
dum Christo, & ad fortiter pugnandum
sub Crucis vexillo, & è contrario ad resi-
stendum lucifero, eiusdemque technis,
dolis,

dolis, illiciis, & assaultibus, qui vexillum superbiæ explicat, & homines mille artibus ad id attrahere, sibique succenturiare nictitur: Exemplum aptissimum, ex quo discamus, nunquam sathanæ præbendas esse aures, subministrat P. Daniel Bartoli S. J. L. s. c. s. n. 57. in vita S. Ignatii.

Juvenis Germanus Michaël Ludovicus illustri sanguine natus à domino Patre, variorum castellorum dynastâ, ad addiscendam linguam gallicam ad aulam Lotharingicam missus est, in qua quidem bene loqui, sed simul malè vivere didicit. Præter alia vitia, etiam insatiabilem ludendi pruritum imbabit, dies noctesque huic exercitio consecrbat.

Cùm semel minùs faventem expertus fortunam, quidquid pecuniarum habebat, lusu dilapidasset inter mille impatientias, & blasphemias, consueta lusorum infelicitum suspiria, effuso in chartas, infelix suæ jacturæ instrumentem, furore, eas discerpendò, & pedibus terendò, lenitus dolorem, in hortum vicinum descendit, ibique solus multa secum coquens, ac ruminans deambulabat. Inter alia incidit cogitatio, quid si dæmon tibi in hac necessitate constituto pecunias copiosas, eásque veras, non ficticias, & falsas, ut sèpius ab hoc impostore fieri audivi, offerret, quid ageres? Non diu deliberans staut, si adforet, se cum ipso pacturum, pecunias
(H)

cunias sibi summè necessarias, quocunque impendio conquireendas.

Dæmon in turbido piscari solitus, tam optatæ occisioni non defuit: is assumpta nobilis ac speciosi juvenis formâ, Michaëli obviat, & humanissimè se inclinat, Michaëlem, quantumcunque civilis, amans & affabilis esset hospes ille, gelidus tamen invaserat horror, facile conjiciens, sub tam eleganti forma latere monstrum infernale. Dæmon summam simulans familiaritatem manu sua Michaëlis humeris suaviter impositâ, & quid vanè times? ait; adeōne ignavus es? Non sum tam deformis & horridus, ut meo aspectu cuiquam terrorem incutere debeam, Loquamur, ut solent boni & sinceri amici, familiariter: dicio, desideras pecunias, ut jacturam illarum resarcias, quas modo in lusu amisisti?

Michaël fallaci humanitate inescatus, jam audacior respondet: quas tu mihi offers pecunias, apparentes tantum, re ipsa falsas? quibus uti nefas sit homini nobili, qualis & ego sum; tu decipere me cupis, quod jam pluribus aliis accidisse non ignore. Puderet me, reponit dæmon, te & tui similes ludere ac decipere: nummi, quos à me accipies, sunt veri, reales, ex auro, vel argento optimo. In experimentum hos, quos porrigo, considera eos examina ad lapidem lydium, ad trutinam;

tinam; expende hos pro lubitu, modis
quibuscumque; & siquidem illos depre-
henderis veros, ac justos, de quo nullum
dubium, cras iterum huc redi hoc ipso
tempore, & accipies à me plures, ac quot-
quot desiderabis; concludemus, & fir-
mabimus subin utrinque pacta nostra.
His dictis quotquot manu capere poterat
aureos nummos in Michaëlis pileum con-
jicit; quo aureo subsidio Michaël instru-
ctus ad mensam lusoriam redit, lusum ite-
rat cum prioribus sociis adhuc mensæ il-
li assidentibus, & quidem tanta felicitate,
ut non solum quod perdiderat, recuperar-
verit, sed insuper sociorum crumenas
omnes usque ad ultimum obolum exhau-
serit, atque emunxerit.

Tam prospero exhilaratus principiō, ad
hortum redit, ubi eum infernalis seductor
non minore lætitia excepit, in occursum
properans, & ita alloquens; quid de
nummis à me suppeditatis? probine &
veri? optimi, verissimi, reponit Michaël;
utinam plures ad manus essent; tunc
enim verò omnium mortalium felicissi-
mus forem; tot habebis, quot, & plures,
quam cupere potes, replicat stygius coly-
bista; sed quid tu mihi vicissim promit-
tis, & dabis? quomodo hoc debitum, hoc
cambium solves? Excusabat se Michaël,
suam causatus inopiam, & impotentiam;
esse se adhuc filiumfamilias, & sub patria

(H2)

po-

potestate constitutum. Non id exigo, reponit stygius veterator, exiguo conten-
tus ero, quod facilè, & sine omni detri-
mento dare potes: tres vel quatuor gut-
tulæ sanguinis, quas utique in tuis venis,
& in tua potestate habes, sufficiunt; &
arreptâ eius manu sinistrâ, cultello scri-
ptorio sine omni dolore sanguinis aliquid
expressit, & glandis cortice except: sub-
inde saxo pro sede utens jussus est in du-
plici schedula scribere varios characteres,
maximam partem Græcos, ex quibus,
quomodo cunque inter se combinatis, nul-
la vox significativa formari potuit; ut
illi testati sunt, qui examini & processui
juridico interfuerunt: unam ex his sche-
dulis sibi retinuit, alteram aperto vulneri,
unde sanguinem elicuit, insevit, & tam
dextrè mox vulnus iterum clausit, ut so-
lùm levis cicatrix remaneret, subjungens:
vi hujus chartulæ, quam tuæ manu i-
sevi, ego per integrum septennium ero tuus
& ad tua obsequia non tantum servi, sed
mancipii instar: habebis à me, quidquid
petieris; præstabô, quidquid jusseras;
elapiô septenniô tu vicissim eris meus,
testimonium esto schedula, quam mihi ser-
vavi. Effare jam, placetne hoc pactum?
habésne ratum hunc mutuum contra-
ctum? substitit aliquamdiu cogitabun-
dus, & deliberabundus miser Michaël,
probè agnoscens, inire hoc pactum, esse
per-

perdere animam; & tamen iniit; ratum
habuit: quo obtento veterator avernalis
disparuit.

Sequente die summo manè iterum ad-
est in cubiculo imperia pro libus à Mi-
chaële expectans, & rogans, simûlque ex-
hortans, missam ficeret inutilem, & mo-
lestam certarum precum recitationem,
qua diei primitias incestaret, sibiisque dono
concederet certos libellos, quos vocarent
precatorios, vel asceticos, verius super-
stitiones, & melancholicos, ibi in mensa-
la positos; ita se sine obstaculo sœpius ad-
futurum, & majori libertate ac familia-
ritate cum ipso acturum. Postquam &
hoc impetravit, cœpit diu noctuque ip-
sius hærere lateri quacunque, quæ place-
bat, assumptâ formâ, & specie, & ad quod-
cunque obsequium. Docebat ipsum cu-
riosissima quæque, sed omnia in eius per-
niciem, modosque omnes perpetrandi pec-
cata novæ, & abominandæ inventionis.

Uno altero ve anno pæcti septennii jam
elapso ex aula Letharingica, jam vigesim
um ætatis annum agens, à domino pa-
tre domum revocatur, minimè dubitan-
te, quin recepturus esset filium morige-
rum, omnibus bonis artibus nobilem, &
illusterrimo stemmate prognatum juve-
nem decentibus instructissimum, in aula
educatum, in qua simul Christiana pietas,
timor & amor Dei vigeret, ac floreret;

(H 3)

sed

sed brevi sensit se solennissimè deceptum optimus dominus parens, observans disolutos mores, effrænem libidinem, in **omnia** vitia effusum genium, juvenem refractarium, omnis admonitionis & correctionis impatientem se recepisse, & in reducendo ad meliorem frugem filio oleum se & operam omnem perdere,

Ad paucos adhuc superstites menses pactum cum dæmone septennium redatum erat; Michaël his angustiis coactus, à rea conscientia exagitatus, à dæmone instigatus, desperationis plenus, in enormia proruebat scelera, eò usque, ut patrem & matrem subministratō venenō medio tollere, arcem, gentilitiam totam subjesto pulvere pyrio, quem dæmon supeditaverat, succendere, & funditus evertere conatus fuerit. Bis sibimet ipsi violentas manus injicere, & mortem inferre nisus est; bis breviore & manuali sclopo, quem multo pulvere, & dupli glande plumbea farserat, pectus perforare intenderat, nisi pulvis pyrius in scutula quidem succensus, ad interiorem tamen in fistula latentem propagare feralemflammam recusasset.

Binæ sorores huic extremæ desperatio-
nis dementiæ præsentes è manibus furen-
tis fratris sclopum extorserunt, ne tertio
sibi necem intentaret, causam tam cæci
& stulti furoris rogantes; respondit Mi-
chaël: se aliter non posse; non esse in
sus

sua potestate: & quod haec tenus frustra tentasset, se proximè certò effecturum. Cucurrere cum hoc Michaëlis responso ambae sorores ad dominam matrem, fœminam prudentem: hæc accersitum ad se filium blandè, & sollicitè maternam prodens teneritudinem interrogat, cur ita in se sàvire, cur ita se perdere, præsentem simul & æternam vitam omni carnifice & tyranno crudelior sibi eripere constituisset? ediceret filius matri, & quidem amanti.

Victus hac teneritudine Michaël integrum suæ miseriæ telam retexit, qua audita mater cohorruit, sibique erepta est, quò se verteret, nescia. Mater erat hæretica, & filium ad profitendam sectam Schwencfeldianam induxerat; hinc ab Ecclesiæ Catholicæ exorcismis, quos superstitionis ritibus annumerabat, nullum quærebat, nullum sperabat contra hæc mala remedium; sed quando vidit in sua præsentia infelicem filium à dæmone abripi, & in nodum conglomeratum, in angulum proximum abjici cum evidente periculo elidendi cervices, & discependi viscera, indulxit, ut viris Religiosis, eorumque curæ ac custodiæ committeretur; sed brevi ex eorum elapsus manibus profugit Eustadium, ibidem solitorum suorum scelerum filum redorsurus. Sed eius frater Canonicus Heripolensis cum insecurus, & brevi affsecutus, vincitum catenis

(H 4)

secum

secum abduxit, & Molshemii Patribus Societatis curandum commisit; quod one divi Ignatii, ibidem propitii, & magnis multisque prodigiis clari, eventurum non dubitabat.

Nulli dæmon pepercit labori, artes adhibuit omnes, ut suum Michaëlem exilio asylo extraheret: egit blanditiis; egit minis; nunc forma variarum ferocium bestiarum leonis, ursi, tygridis assumptā parabat in ipsum assultus hiante rictū. Patres illi non quidem videbant bestias, fremitus tamen & rugitus earum audiebant; nunc falaces & illecebrosas mentitus meretriculas suis propudiosis illiciis in suum rete retrahere nitebatur; sed accurrebant Patres, suos expediebant, & fulminabant Exorcismos in stygias simias; repellebant, & in fugam conjiciebant hostes infernales aspersione aquæ, sacris S. Ignatii reliquiis consecratæ.

Ut autem corpus ab his stygiis assultibus, & infestationibus plenè liberaretur, & hostilis obsidio solveretur, necessarium esse judicatum est, priùs animam tot peccatorum laqueis, quibus seipsum obstrinxerat, eximere, & in libertatem Filiorum Dei asserere. Suaserunt illi proinde, ut per exhomologesin à tota retrò acta vita instituendam, conscientiam peccatorum sordibus oppletam emacularet; quem in finem præscripserunt ipsi certas medi-

meditationes ex prima septimana Exercitiorum S. Ignatii de via purgativa excerptas, ut ita eius animus melius disponeretur ad opus tam salubre, & tam necessarium.

Dæmon ut hoc impediret, tentavit omnia. Imprimis conatus est ipsi reddere contemptibiles & exoscos Patres spirituales suos medicos; omnem ipsis adimere estimationem, & auctoritatem; sacris Meditationibus intolerabilem affingere difficultatem; esse tormentum & carnificationem animi. Die quadam Satyrum mentitus, se Michaëli præsentem stitit, eumque induxit, ut schedulam sanguine suo exararet, illi simillimam, qua se primitus dæmoni mancipaverat, illamque in loco omnibus pervio deponeret, ut hac delusi Patres, qui facile primi illam inventuri essent, crederent, illam ipsam schedam, qua pactum cum dæmone initum, firmatum fuerat, à dæmone restitutam, atque adeò ipsum pariter pactum & contractum rescissum, & revocatum esse; hac viâ ipsum pristinæ libertati restituendum esse: sed servus fidelis & prudens, qui à latere domini sui nunquam discedebat, fraudem detexit Collegii Rectori, qui haud difficulter Michaëlem iterum ad seniora reduxit consilia. Peregit Confessionem de tota vita inter lachrymarum imbrem, superatis omnibus obstaculis, terriculis, &

(Hs)

in-

insultibus, quibus dæmon ipsum à tam salutifero opere impedire modis omnibus conatus est, elusis.

Unum ad plenam recuperandam libertatem, & redintegrādām omnimodè excussō dæmonis jugō, cum Deo pacem & amicitiam deesse videbatur, nimirū extorquenda è dæmonis unguibus schedula, sive chirographum, nefandi contractū cruentum testimonium. Præfigitur itaque huic decretorio conflictui sub auspiciis divi Ignatii dies duodecima octobris: plurimæ se objiciebant difficultates, quæ perrumpendæ erant; quapropter severis jejuniis, carnis macerationibus, flagellis, ciliciis, orationibus, aliisque pietatis & pœnitentiæ operibus, quibus Dei auxilium, & divi Ignatii patrocinium enixè implorabatur, se non minus Michaël, quam Patres ad pugnam strenue parabant, & armabant.

Die statutâ itum est in Sacellum S. Ignatii, & in magna frequentia variæ conditionis hominum, futurorum testium tam sæcularium, quam Ecclesiasticorum & Religiosorum, à P. Rectore ad aras factum, & incruentum Deo sacrificium oblatum est in honorem divi Ignatii. Sub hoc Michaël emisit professionem fidei, abrenuntiavit diabolo, revocavit patrum, rescidit & irritavit abominandum cum dæmone contractum: chirographum

phum hujus solennis revocationis, & abjurationis Aræ impositum, & Deo oblatum est, Michaël verò sacra Synaxi reflectus est. Hac sumpta Michaël totis artibus contemniscere, & altum exclamare cœpit, se à duobus hirsutis, ingentisque molis hircis ex sinistro dextróque latere cingi, & arietari, qui in pedes erecti, unguibus tenerent & ostentarent syngrapham conclusi cum dæmone contractus. Misso timore benè sperare jussus Michael; renovati exorcismi, & sacræ adjurations; in subsidium vocatus antiquus dæmonum domitor, & contemptor Ignatius, sub cuius auspiciis pugnabatur; Hirci infernales disparuerunt. Schedula, quam dæmon Michaëlis aperto manus vulneri intruserat, ad pedes exorcistæ reperta est; Michael præ gaudio ubi non solum extractam schedulam, sed cicatricem pariter, quam vulnus, per quod scheidasma illud stygium in carnem, & subcutem immissum est, duxerat, penitus complanatam & extinctam conspicatus est, in teneras lachrymas diffluxit.

Ut altera quoque huic socia syngrapha ipsis dæmonibus tradita reciperetur, prioribus armis iterum pugnatum, & in hostes itum est: renovata jejunia, resumpta devotionis & mortificationis opera, exhibiti exorcismi, in auxilium vocatus S. Ignatius, ejus honori & nomini celebratum

bratum sacrum, ejuratus Sathanas, contractus retractus, fides corde & ore instaurata ac Christo data, & sub cruce Christi vexillo sancte jurando confirmata: Michaël verò iterum pane Angelorum & cibo fortium refectus & roboratus est. Mox advolat dæmon formam immensæ magnitudinis ciconiæ indutus, majori cum terrore ipsius exorcistæ, quam Michaëlis, qui superno confortatus robore dæmonis minas, & vana terricula non solum non metuere, sed etiam contemnere didicerat. Stygia hæc ciconia in rostro suo oblongo Syngrapham feralem gestabat, qua in altum è rostro excusa disperguit: chartam ex alto relapsam, diu sollicitè, sed nequicquam quæsitam, tandem in ara in eodem loco, in quo à Michaële facta ejusratio dæmonis, & Catholicæ fidei professio, jacebat, inventa est. Omnes, quotquot aderant, liquidissimo perfusi gaudio, nullus tamen liquidiore, quam Michaël, ferventissimas Deo Opt. Max. deinde & divo Ignatio dæmonum terrori & domitori persolvêre gratias,

Michaël domum ad suos reversus, sanguis factus ex integro, cum illo monito *jam noli peccare*, suis, & aliis non solum ingenti solatio, sed etiam optimo exemplo fuit, præ omnibus dominæ matri, quæ à filio, & cum filio melius acrectius sentire & vivere didicerat: nec defuit

defuit constantia benè cœptis ; satis enim proprio experimento & detimento probaverat optimus Michaël, quām suave & leve sit jugum Christi, quām grave, & durum è contrario sit jugum diaboli.

Vos verò qui cum vestibus Ecclesiasticis induistis insignia Christi, sub Christi vexillo auctorati Sacramentum dixistis, cavete, ne turpi transfugio Christum dum vestrum perfidè deseratis, & ad Luciferi hostilia castra transeatatis, estote certi, & securi : *Non est pax impiis, dicit Dominus. Isa. c. 57.* Ejusmodi transfugæ lætitiam ac pacem, quam querunt, nec ante, nec post mortem, nec hic, nec alibi invenient. Vera quies, pax vera, plena, ac solida, in vita, ante, in, & post mortem possidetur ab iis solùm, qui verè legem DEI, & Deum amant : *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Psal. 118.* Qui viam legis & mandatorum Dei currit, non impinget, non offendet ad lapidem pedem suum.

Historia decima tertia.

Pro Meditatione decima tertia.

De Nativitate Christi.

Incarnatio & Nativitas Christi humilitatis tam profundæ exemplum est, ut Apo-

Apostolus non sciverit id aptiore similitudine, vel melioribus verbis exprimere quām vocando hanc Christi humilitatem *Exinanitionem: exinanivit semetipsum ad Philip. 2.* Et jure optimo, nam inter Deum, & hominem est distantia infinita, & homo Deo comparatus, merum nihilum, & minus quām nihilum est, si jungatur peccatum. *Substantia mea tanquam nihilum ante te. Ps. 38.* Si homo fieret vīlis terræ vermiculus DEI amore, esset humiliatio, & demissio sui stupenda, quamvis inter vermem, & hominem, inter finitum, & finitum foret aliqua proportio. Quæ stupenda depresso sui, & humiliatio erit igitur, si ens undequaque infinitum in omni excogitabili perfectione fiat ens finitum, & arctis limitibus inclusum?

Quòd Verbum Divinum amplectatur paupertatem, miserias, contemptum, probra, crucem, tam mirum non est, cùm sint necessariæ appendices ac proprietates humanæ naturæ annexæ, quam induit: sed quòd Deus totus & purus, Deus æternus, immensus, omnipotens spiritus assumat, & hypostaticè se uniat cum natura, & carne humana, vel potius fiat eadem caro: *Verbum caro factum est. Ioann. 1.* Quòd fiat infans, puer parvulus; quòd voluerit nasci subditus ac servus, cùm nasci potuisset Rex, & totius orbis Domi-

Dominator; Formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, ad Phil. c. 2. Mysterium est omnem superans intellectum, quod nec ab Angelicis spiritibus in Paradiso comprehendendi, nec sine invidia à dæmonibus in inferno audiri potest.

Lubeat percipere id, quod ad confirmandum, & explicandum hactenus dicta plurimum valebit, & à Marco Ulyssiponensi in Chronicis FF. Minorum Part. 2. l. 2. c. 21. narratur, & P. Carolus Greg. Rosignoli Tom. 3. de admirandis Sanctorum Admirando 77. inseruit.

Habitabat in suo prædio, tribus circiter leucis ab urbe Perusina distito, & primaria illius urbis nobilitate dominus: hic cum ob loci distantiam, & aliis causis præpeditus Christi in terris nascentis festa in urbe celebrare, ut optabat, solenniter non posset, has sacras solennitates, quantum poterat etiam ruri in suo facello domestico æmulaturus, misit ad monasterium Fratrum Minorum, rogaturus R. P. Guardianum, ut duos e suis Patribus mitteret, qui se juvarent in suo facello, vel tempello sui prædii celebrare imminentia Festa Christi natalitia.

Eadem horâ, qua nuntius hic ad portam R. P. Guardiano assertur, duo Patres hospites ex alio monasterio portam subeunt; hos ipsos, procul dubio aliundè

de jam notos, stante pede P. Guardianus
impensè rogat, irent, suas, & aliorum
Patrum vices supplerent, quorum præ-
sentiâ & operâ ob paucitatem his Festis
summopere indigeret ipsemē domi;
Domino illi insigni monasterii benefa-
ctori hoc solatium negari non posse,
Deum non solum itineris comitem, sed
etiam molestiarum liberalem remunera-
torem fore.

Vatem fuisse Guardianum, eventus de-
monstravit. Obediunt boni hospites, sine
omni mora, sine omni restaurazione viri-
um, aut captâ quiete iter prosequentes,
lento tamen ob laßitudinem, & acre fri-
gus, passu, antequam ad destinatum ter-
minum pertingerent, nocte præoccupati
sunt: tenebræ erant tam densæ, cœlum
tam nigris obductum nubibus, via tam
lutosa, & lubrica, ut nec pedem movere,
aut gressum moliri possent sine periculo
impingendi, & cadendi: confugere ad
Deum, uno corde & ore rogantes, ut bo-
num Angelum mitteret ad salutem.
2. Mach. c. II. Atque ita simul orantes, si-
mul palpantes, & protensis manibus iter
præviè explorantes, nunc pede sublato,
nunc demissâ tentantes, lente progredie-
bantur.

Ingens solatium errabundis attulit al-
lapsus ex propinquo sonus æris campani,
quo ad matutinas preces mediâ nocte per-
sol.

solvendas in chorū evocari patebat vi-
cini Monasterii, quodcumque tandem fo-
ret, religiosos incolas: Sequuntur sonum,
nocturnis suis miseriis quæsitiū lenimen,
& levamen, & re ipsa inveniunt hoc du-
ce sonoro elegans monasterium; pulsant
ad fores; excipiuntur humanissimè, & be-
nevolè ab abbatē, ducuntur ad focum, ut
rigidos præ frigore artus foveant, & ca-
lefaciant, inde ad paratam interim men-
sam, ut cibo & potu necessario vires tan-
tisper restaurent depulsā fame ac siti, quo
vel maximè indigebant, totius diei rigi-
dissimo emaciati jejunio.

Sublatâ mensâ abbas ad alterum se ver-
tens hospitem, amæno joco, & subrisu, Pa-
ternitas, ait, vestra symbolam pro se, ac
socio exactè solvat, antequam pedem ex
hospitio efferat, necesse est. Quid, &
quomodo, ait ille ad abbatem, solvam
Reverendissime Pater? Concionatoris, &
quidem pauperculi fungor officio; quod
dem præter verba, non habeo. Optimè,
reponit abbas; faciat igitur allocutionem
ad meos monachos in conclavi capitulari
congregatos. Multò lubentissimè, ait al-
ter; ducente igitur abbate ad illud con-
clave, invenit magnum Monachorum nu-
merum in suis subselliis confidentium, &
Verbum Dei avidè expectantium. Con-
cionator nec numero, nec auctoritate suo-
rum auditorum territus, sellam holoseri-

(I)

cam

cam ad hoc paratam occupat, sermonem auspicatur, hoc ex Isaia præmisso Thematè: *Parvulus natus est nobis.* c. 9. explicans, & pro exemplari proponens imperceptibilem humilationem sui, qua Verbum Divinum se tam profundè deprimere voluit, ut nos villissimos homunciones exaltaret; incomprehensibile consilium Dei, quo Deus pro fundamento ac basi sua & nostræ exaltationis statuit suam profundissimam demissionem; per hanc Verbum Divinum tam arcta nobiscum conjunctum fuisse necessitudine, ut nos fratres simus Jesu Christi, & Christus vicissim frater noster, nostrum caput, nos hujus capitinis membra, ita ut nos cum Deo homine conjuncti nonnisi unum corpus conficiamus.

Dum ita sermocinatur, & ratiocinatur non minore fervore quam eloquentia, videt Monachum de sua sede surgere, & inclinato atque intra cucullum condito capite discedere, hunc ponè sequi eodem modo secundum, tertium, & successivè omnes, ut dilapo toto auditorio solus superesset abbas. Mutus jam & attonitus Ecclesiastes causam hujus discessus ex abate querit, & intelligit: scito, inquit abbas, quod ego cum his mihi subditis Monachis Divino Imperio adactus fuerim te cum tuo socio hospitio excipere, & cibo potuque fessos refocillare, non tamen tuam

tuam exhortationem auscultare. Justa
ipsos ad discedendum causa impulit; nam
nimis molestum ipsis accidit laudes percipi-
pere humiliationi Verbi Divini, humanâ
carne vestiti tributas, cùm longè decen-
tius, & æquius fuisset, angelicam, multis
parasangis humanâ nobiliorem, & excel-
lentiorē naturam sibi copulare, atque
unire: Illud quoque auditū intolerabile
est, eò usque hominem à Deo fuisse eve-
ctum, ut par sit angelis, & multis ex ho-
rum numero etiam superior, cùm ruinas
per dissidentes angelos, cœlō extrusos,
apertas, sedēsque vacuas sint impleturi, &
occupaturi homines; scias proinde, nos
omnes non Monachos, sed meros esse dæ-
mones. His dictis in iectu oculi disparue-
runt abbas, Monachi, capitulare cubicu-
lum, totumque elegans monasterium;
nec aliud superfuit, quām bini Patres in
medio densi nemoris, inter concubizæ no-
ctis nigras nebulas ac tenebras, in quibus
hæserunt jam robusti & vegeti, reliquum
noctis agentes inter preces, & laudes Deo
pro admirabili sua providentia decantan-
tes.

Sub auroram iter redorsi, postquam ex
silva eluctati sunt, in conspectu habuerunt
prædium sive villam illius domini, ad
quem mittebantur; illuc appulsi celebrâ-
runt Festa Natalitia dicendo sacra, miscen-
do pia colloquia, instruendo domesticos,

(12)

dicen-

dicendo pro concione ad omnes, etiam vicinos, ad illud facellum confluentes, nihil magis exaltando, & laudibus extollendo, quam humiliationem & exinventionem Verbi Divini, in parvulum pulsionem in Bethlemitico stabulo jacentem contracti, & ex submissione Christi humano generi promanantia innumera immensaque commoda; sciebant enim ejusmodi encomia & laudes neminem mordere, & urere acrius, quam principem tenebrarum, ejusque affecias.

O quoties viri Ecclesiaci ex nostris non dilaudant, & pateticè proponunt hanc Divini Verbi in incarnatione & nativitate stupendam humiliationem, ut ipsimet cum suis auditoribus commoveantur, & tenerimè erga natum in stabulo Divinum infantem afficiantur! sed ubi se offert opportuna occasio ipsum imitandi, & in communionem aliquam hujusmodi humiliationum veniendi, evanescit prior ardor, frigescit, & extinguitur omnis zelus. Levissimus contemptus, sàpè imaginarius tantùm, sufficit ad accendentum cor tuum iræ & indignationis ignibus, ad illud implendum amaritudinibus; & quamvis aversio tegatur, & dissimuletur, hæret tamen animo infixa arundo, nec bolus tam facile digeri, & concoqui potest. Et hæc sit imitatio, hæc gratitudo, Deo pro nobis humiliato debita?

Ille,

Ille, ut aliquo modo nos faceret similes sibi, non designatur se facere similem nobis, & nostrarum miseriарum participem. Si tibi tam durum & difficile accedit, ipsi assimilari in suis depressionibus, & humiliationibus, in mentem & memoriam revoca, ipsum esse caput, te membrum; ipsum esse Dominum, te servum; ipsum esse ducem, te militem; ipsum magistrum, te discipulum. Quām indigna res, quantum dedecus, si sub capite, sub domino ultro se demittente, omnibus se subjiciente, & ad usque nihili abyssum humiliante, nos, quos eo honore dignatus est, ut eius membra, ejus servi, ejus discipuli essemus, superbiā inflati, & tumidi quāramus & prætendamus laudes, honores, adorationes, Christianæ humilitatis & humiliationum contemptores & osores. Non decet sub capite spinoso membrum esse delicatum, teste divo Bernardo.

Historia decima quarta.

Pro Meditazione decima quarta.

De vita privata Christi.

PRivata Christi vita optimum exemplum, & speculum esse debet hominibus Ecclesiasticis, ut discant se subtrahere
(13) secu-

sæcularibus negotiis & tumultibus, amare quietem & solitudinem, vivere contenti suo statu, officio, & iis, quæ Deus ipsis concessit; nec ad altiores dignitatum gradus facile aspirare, & nescio quibus artibus conniti, sæpius non aliâ de causa, quam quod pinguioribus fruituri provenibus, & bicubitalibus exornandi sint titulis; & tunc maximè, quando ejusmodi sublimiores dignitatum & officiorum gradus capacitatem, & animi dotes ambientium longè superant, ita ut non solum non sint digniores, sed ne quidem digni.

Homo Deus Christus Jesus, qui primis vitæ suæ triginta annis potuisset totum mundum implere miraculis & prodigiis, & ita æterni Patris gloriam propagare, totumque mundum ad ejus agnitionem, & obsequium trahere, qui finis erat, ob quem in mundum missus fuerat, nihilo minus per integros hos triginta annos degit delitescere ignotus in paupercula domo, & ut ita dicam, ignobilis; manibus, quibus mundum sustentabat, tractans villa, ac fabrilia instrumenta, tempus à Patre præordinatum longanimi patientiâ expectans: solos tres ultimos vitæ suæ, quam in hoc mundo ducturus erat, annos impedit publicæ prædicationi, & promulgationi doctrinæ Evangelicæ. Ad Ecclesiasticos itaque spectat, altioribus se submittere potestatisbus, superiorum acquirescere

escere imperiis, ac dispositionibus, æquò ferre animo, si alii ponantur super candelabrum, ipsi verò sub modio obscuri latere cogantur. Hujus rei elegans exemplar tibi ob oculos ponam in sancto Bernardo de Menton Viro Ecclesiastico, cuius vitam typo vulgavit Franciscus Maria Quattrofrati S. J.

Bernardus nobilissimo stemmate natus patrem habuit Richardum Baronem & dominum Castelli de Menton, Toparcham triginta aliorum Castellorum similium cum jure gladii, & Meri Imperii. Hic studiorum causâ sub directione probi, docti, & prudentis moderatoris Parisios missus, maximum progressum tam in theologia, & jure, quibus operam dabat, quam in aliis artibus & disciplinis, nobili juvēne dignis, cum omnium admiratione faciebat; his jungebat mores non tantum probos, & nullâ, ne quidem rigidissimi Catonis virgulâ censoriâ dignos, sed illibatissimos, & verè angelicos; hinc perpetuæ virginitatis votô se Deo, & superis obstrinxit, nec curavit displicere patri, eum in spes amplissimas destinanti, modò placeret Deo; quod quærebat unum.

Parisiis necdum studiis finitis dominus pater suum Bernardum domum revocat, animo in hunc suum filium, unicum hæredem, & familiæ fulcrum, administratio-

tionem, & regimen bonorum omnium transferendi, & ita mature ante mortem familiam suam stabiendi, atque per longam nepotum seriem propagandi, ut hoc gravi onere liberatus, tranquillè, pacificè, & quietè reliquos senectutis dies transfigere, Deo, & sibi soli vacare posset.

Bernardus audiens agi de nuptiis, deducenda uxore, ad pedes domini patris se abjecit, demississimè rogans, ne sibi fortem longè beatiorem invideret; statuisse, immò obstrinxisse se insolubili voti religione, & vinculo, exclusò omni hymenæo se in sacerdotali statu totum divino obsequio consecrare; ad hoc enim se indubitatis Dei monentis, & miserentis vocibus invitari, & trahi: immolaret ergo filium Deo sponte novus Abraham cum ingenti suo merito & lucro, quem Deus etiam invito eripere possit, cum longè majori suo dolore, & nullo profus merito, aut lucro.

Richardus hoc inexpectato fulmine sideratus, & attonitus aliquandiu hærens, tandem in furiæ erumpens, pro imperio mandat, hunc animum deponat, & mutet ocyus; malit in sua gentilitia Arce, & Dynastia vivere ut plenus dominus liberimè, quam ut miserum mancipium inter vincula.

Adhunc strepitum & clamores irati patris accurrit domina mater, & paulò post

pòst domestici omnes, quin & vicini consanguinei, amici, & familiares juncto agmine, & junctis studiis: ab his cingitur, obsidetur, arietatur, & oppugnatur, cedat justis genitoris sui desideriis, & imperiis filius alias semper, etiam ad minimum nutum obediens; si porrò debitæ observantiæ oblitus degener filius suavissimo, & amantissimo patri reluctari obstinate pergeret, vitam ipsi ereptum, dum se ipsi ereptum iret, quem præ propria vita diligeret, atque adeò fore Bernardum piissimi patris impiissimum parricidam; nec falso sibi persuadeat, esse se dominum suimetipsius, & sui liberi arbitrii; etiam in hoc puncto esse eum sub patria potestate; ab ipsa natura, & auctore naturæ cum obstringi tanquam unicum & ultimum germen antiquissimæ, nobilissimæ, & ditissimæ stirpis, in ipso alias emorituræ; ad hanc conservandam, & propagandam Deum fore contentum suâ voluntate generosa, & hanc acceptaturum pro victima, & sacrificio; vivere & regnare hodie dum eundem Deum, qui vivebat & regnabat tempore Abrahami & Isaaci.

Bernardus tam acriter à tot hostibus, & inimicis domesticis pressus, stratagema utendum censuit, ut se ex horum liberaret manibus, & laqueis: fingit, se illorum acquiescere consiliis, & paternis

(I 5)

impe-

imperiis ; id unum rogans , detur sibi tempus cogitandi ac deliberandi , quam sibi ex multis ac variis deligeret sponsam ad suum genium ; interim essent securi , nullam in censum venturam , multò minus eligendam , quæ non esset pars conditionis , & à qua illustrissimæ prosperæ non novus splendor accederet : tam serio rem egit , vel potius finxit , ut non solùm apud omnes fidem , & optatissimam dilationem obtainuerit , sed etiam cum domino patre in gratiam redierit .

Mora deliberandi Bernardo concessa nimis protrahebitur , iudicio Richardi : ut igitur ulteriorem abrumperet , ipsemet in sponsam filio suo deligit , & peti curat à Barone de Miolans Margaritham , hoc nomine dignam , lectissimam ejus filiam .

Bernardo priùs innotuit matrimonium jam stabilitum & conclusum , quām sciret , de hoc tractari , priùs venturam sequenti die in domum suam , in arcem Menton sponsam suam , quām ipse de hac cogitasset ; cogendum se , ut venienti in occursum properet , eāmque in castellum , & thalamum suum inducat . Bernardus inter sacrum & saxum positus , viam non sciebat , quā evaderet , certus tamen animi , omnia potius subire tormenta , quām votum violare , & Deo datam fidem sacrilegè , & perfidè frangere .

Dum noctem illam inter mille sollicitudines

tudines insomnem agit, tandem inter uberrimas lachrymas configuit ad immaculatam Virginem, & divum Nicolaum, horum implorans opem, quæ se præsenti periculo violandi voti per obtrusas nuptias eriperent: ita precanti suavis obrepit somnus, quo durante apparens divus Nicolaus securum reddit de ope præstanta in fuga, quæ capienda erat illa adhuc nocte, & quidem Augustodunum usque, ubi Petrus illius Ecclesiæ Archidiaconus, cælitùs jam præmonitus, eum paterno sinu esset excepturus, & velut alter meliorque pater nutriturus, ac directurus in omnibus.

Expergefactus litteras scribit ad dominum patrem humanissimas, quibus justas arreptæ fugæ causas modestè explicat, veniam, quin & benedictionem paternam demissè rogans; has mensæ impositas in cubiculo relinquit: mox divus Nicolaus unà cum Bernardi custode Ange-
lo se præsentem sistit; hi Bernardum in medium acceptum, per fenestram secum asportant, & ex altissima præcipiti-
rupe, cui Castellum incumbit, sine omni læsione, quin ad ullum lapidem offendere-
ret pedem, salvum & in columem in ter-
ra deponunt. Quomodo autem reliquum
trium ad minimum dierum iter ex ditio-
ne Mentonensi Augustodunum usque,
pedes confecerit, ipsem non advertit;
sed

sed sub auroram, cùm dilucularet, intra aliquot horas Augustoduni fuit; hic se ante omnia ad Templum Cathedrale Virginis assumptæ sacrum contulit, ibique invenit Archidiaconum à divo Nicolao ea ipsa nocte de adventu Bernardi præmonitum, à quo & amantissimè exceptus fuit.

Richardus intellectâ tum ex relictis litteris, tum aliunde, filii sui fugâ, quaquaversum varios ex suis servis inse qui jussit citatis equis fugitivum, qui ipsum ex fuga retraherent; sed mira Dei dispositione factum est, ut nihil non solum tunc, sed etiam postea complurium annorum spatiô de Bernardo invenire, quin & rescire potuerint, qui se intramontes altissimos abdiderat, expulsis inde dæmonibus, rupium illarum inquinis, & duobus sacris monasteriis ibidem extructis.

Interim inter dominum de Menton, & dominum de Miolans, qui se ab illo delusum, & ludibrio habitum credebat, graves discordiæ, nonnisi ferro & sanguine extinguedæ exarsissent, nisi sponsa nova de sponsi sibi destinati proposito immutabili edocta, ejusque stimulata exemplô, intus longe vehementius urgente Spiritu divino, licentiam à genitoribus instantissimè petiisset, & tandem obtinuisset se Monialibus in Gratianopolitanis

litano Monasterio, tunc longè latèque celeberrimo adjungendi.

Ita Bernardus omnibus curis domesticis liber, & rerum familiæ ignarus, vivebat in sua solitudine apud suum Ductorem, & Directorem Petrum Archidiaconum vitam beatam in terris, beatissimæ prodromam in cœlis. Adjungebat sacram Psalmodiam cum Archidiacono in Ecclesia, in qua tantam dexteritatem, tantam devotionem ostendebat, ut communī omnium consensu, & ingenti suo solatio illis Canonicis, qui sub regula S. Augustini in illa Cathedrali Deo serviebant, annumeratus sit. Emissa professione paulò post sacris Ordinibus initiatur, & tandem in Sacerdotem consecratur ab Episcopo illius Ecclesiæ. Jam sacerdos duplicabat orationes, sacras meditations, jejunia; declinabat conversationes, in sua solitudine sibi, & Deo soli intentus. Nullam aliam terebat, aut cognoscebat viam, quam quæ ducebat ex domo in Ecclesiam, & ex Ecclesia reducebat dominum: nec ad aliud aspirabat sua sorte contentus.

Verūm Episcopus perspectâ ejus effaci eloquentiâ, conjuncta summæ prudentiæ, quæ in congressu, & confessu aliquo ab Episcopo cum suis Canonicis instituto, ubi de negotiis, & controversiis Ecclesiasticis consultabatur, potissimum

mùm emicuit, munus concionandi, & sacrum Evangelium promulgandi ipsi demandavit, quo etiam cum ingenti laude, & majori animarum fructu strenue functus est.

Defuncto Petro Archidiacono, unico suo in terris solatio, ne quicquam viribus omnibus reluctatus, eidem unanimi omnium suffragiò suffectus est. Ipse Episcopus considerans, & admirans eximias ejus virtutes, eminentem probitatem, & sanctitatem, maximè rarum illud à Deo ipsi concessum imperium, & potestatem dæmones ex illis locis, lucis & montibus, in quibus tamdiu culti, & adorati fuerant, ejiciendi, decreverat ipsi, tanquam se longè digniori resignare pedum ac insulam, & in ipsius, tanquam longè validioris humeros grave Episcopalis dignitatis onus transferre. Sed Bernardus verecundo rubore suffusus, ad primam mentionem de hac sua intentione ab Episcopo factam, statim ab initio, & in herba spem omnem suffocavit: permittendum itaque fuit, ut in Archidiaconi officio, quod ipsum suo splendore ejus modestiæ & humilitati, molestissimum erat, porrò pergere, ac sui antecessoris vestigiis pressè insistere posset, & immori.

Vides in hujus sancti Archidiaconi vita summam reverentiam erga superiores, fugam

fugam prudentem nimis frequentium concurbationum, modestam animi demissionem, omnis ambitionis detestationem, tranquillitatem, quietem, & pacem animi. Et hæ virtutes omnes sunt à Christo propositæ, & à sancto Archidiacono Bernardo pia æmulatione, & imitatione in praxim deducitæ.

Tu quoque æmulare charismata meliora, & cordi tuo insere has virtutes; sunt enim cuivis homini Ecclesiastico non solum convenientes, sed etiam necessariæ, quem vivere oportet in mundo extra mundum, juxta placita & dogmata Christi, placitis & dictaminibus mundi è diametro contraria.

Historia decima quinta.

Pro Meditatione decima quinta.

De Christi Vita publica.

MUnus prædicandi Evangelium Ecclesiasticis hominibus, etiam Sacerdotio neendum insignitis propriè competit: hoc sufficienter indicat porrectus ab Episcopo Evangeliorum liber, etiam illis, quos in Diaconos solummodo consecrat, ut illa prædicent ac explicent populo. Verùm, qui hoc tanti momenti munere ritè cupit fungi, necesse habet, ut juxta exemplum

plum Christi prius faciat, quam dicat:
Cæpit Iesus facere & docere. Act. c. 1.

Docere, & magna eloquentia è suggestu proponere populo æternas Veritates, & inconcussa dogmata nostræ fidei, factis autem, & dissoluto vivendi tenore eadem convellere, iisque contradicere, est una manu ædificare, & alterâ destruere. Ecclesiastes, qui opere non complet, quod dicit, & verbis docet, fax est, quæ alii prælucet, & viam monstrat, & seipsum absimit, ac perdit. Quale lucrum, aut commodum, si plurimas Deo lucretur animas, & his cœlum impleat, ipse verò suam animam orco immolet? Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur? Matth. c. 16.

Nihilominus etiam inter Ecclesiasticos inveniuntur, qui artem bene, & eleganter dicendi conjungunt cum arte malè vivendi: ex horum grege fuit Sacerdos ille, communibus auditorum omnium laudibus, & plausibus decantatus, & exceptus, sed coram Deo omni vituperio, & contemptu dignissimus, in quem optimè quadrabat illud Satyrici: *Qui simulant Curios, & bacchanalia vivunt. Juven. Saty. 2.*

De hoc narrat P. Alphonsus de Andrade in suo Itinerario, gradu secundo, & P. Joannes Sebastiani Tomo 2. de statu sacerdotali, eum Romæ ad Domum Prof-

fessam Societatis IESU accurrisse eo tempore, quo divus Borgia Societati præerat ut Præpositus Generalis; petebat, & urgebat is ad ejus alloquium ocyus admitti; habere se negotia summi momenti, salutem animæ concernentia, quæ moram non paterentur, cum ipso pertractanda. Responderi, séque humanissimè excusari jussit Borgia; quò minus ipsum suâ præsentia, ut unicè optaret, solari possit, obstat negotium maximi ponderis, à quo manum retrahere ne ad momentum quidem liceret; mittere se loco sui Patrem Didacum Acosta, qui cùm sit vir non solum doctrinâ, sed & probitate & ascensi conspicuus, facile allaturus esset desideratam opem.

Sacerdos hac substitutione contentus, Patrem Acosta præeuntem subsequitur, eumque jam remotis arbitris in cubiculo in hunc ferè modum alloquitur: Pater mi, nisi tu succurras, actum est mecum: tam profundè infixus sum in luto carnarium foeditatum, ut post elusa omnia remedia, etiam prodigiosè à Deo oblata, certò submergendus, & tristi naufragio æternū periturus sim, nisi tu tabulam, & auxiliarem dexteram porrexes: nunc interim miserias meas explicanti patientes, & benignas aures porrige.

Loquere, enarra, quod & quantum voleas; effunde velut aquam cor tuum, reponit
(K)

ponit Pater, excipiam omnia patientibus & commiserantibus auribus; prius tu loquendo, quam ego audiendo, fessus eris. Sic ergo pergit Sacerdos: Dum aliquando equo vectus iter prosequor viâ regiâ, ex obliqua via prorumpit bestia mirabilis, mole ingens, hirsuta, aspectu horrida, ferocissima, quæ videbatur ipsus esse diabolus. Subditis equo calcibus, veloci fugâ parabam me imminentis bestiæ subducere furiis; sed hæc omni equo velocior, me facile affecuta est, tantoque impetu in meum equum inveta, ut hunc in terram prostraverit resupinum, meque sub equi ita eversi mole vix non oppresserit. Deus hoc infortunio me tunc tantum terrere, & monere, & non æternis, ut merebar, ignibus punire voluit. Sed timor iste non diuturni officii magister fuit: vix per aliquot dies cupiditatibus meis frænum injeci, mox iterum laxavi, in pristinum volutabrum reversus, ab initio non sine remordentis conscientiæ admonitu, paulò post sine omni conscientiæ jam obtusæ, & cauteriata sensu.

Sed quod de me ipso non satis mirari potui, nec possum, ego tot, ac tam gravibus oneratus peccatis, fulminabam, & tonabam ex Cathedra contra peccatores, minabar ipsis præsentem interitum, ignem æternum; convertebam illos, quin con-

converterem me ipsum silice duriorem ;
imò videbantur mihi peccata mea superare , & excedere infinitam Dei misericordiam , omnes hujus artes , & miserationes :
eo jam fermè processeram , ut de venia mihi , meisque delictis impertiendâ jam penè desperaverim , & animum despondetim .

Huc spectat aliud Divinæ misericordiæ prodigium , quo me ex fatali peccatorum lethargo excitare voluit . Dicturus pro more ad populum , pro themate assumpsi probandam & dilaudandam infinitam misericordiam Dei erga peccatores , ejusque promptitudinem ad eos , qui ad se pœnitentiam acturi revertuntur , passis brachiis excipiendos , quamvis numerus ac cumulus commissorum gravissimorum peccatorum etiam singulis diebus saepius per plures annos auctus , superaret capillos capitis & arenas , quæ jacent in littore maris ; quod tanta emphasi , tanto fervore proposui , ut totum auditorium in teneras lachrymas , & contriti cordis singultus solveretur .

Solutâ concione me ex cathedra descendenter , & domum properantem insequitur primæ nobilitatis vir , & altâ voce compellat : Praeclarissime & zelosissime Domine Concionator ! unum , obsecro verbum . Ego , qui illum jam observaveram , & audiebam , simulans surditatem ,

(K 2)

tem,

tem, & cæcitatem citatis passibus porta domus appropinquabam. Ille pariter cætioribus passibus me sequebatur, & preces suas altiore semper voce ingeminabat, ita, ut meam simulationem, quin illam adverteret, prosequi non potuerim amplius: itaque me illi obvertens, ne excusavi; defectum temporis, meamque lassitudinem, quippe, qui adhuc copioso sudore diffluerem, causatus. Non tamen acquievit ille; sed acrius instabat, replicans, uterer cum ipso illâ misericordiâ, quam tantoperè, & tam contentiosè depraedaveram; implerem officium veri & genuini ministri. Et ego, quamvis semper fui rim homo pessimæ vitæ, semper tamen sedulò curavi, ne vel minimum præjudicium meo bono nomini inferrem, & conceptam de me æstimationem hominum, qui me adhuc vivum Sanctis annumerabant, everterem, coactus fui ipsius confessionem excipere.

Domum meam ingressus, & meis pedibus advolutus, madidis oculis, ego, inquit, sum obstinatus ille, & gravissimus peccator, cui DEus; ut tumetipse dixisti, tenerrimam suam clementiam, & uberrimam misericordiam exhibere paratus est, de qua jam desperare incipiebam: Pergebat inter altos singultus, & amarissimas lachrymas, quæ confitenti verba præfocabant, & vocem elidebant, se accusare de

de gravissimis sceleribus, & enormibus peccatis; peccatis non suis, sed meis; nam distinctè & clarè enumerabat peccata, quæ & quot ego commiseram, adjungendo speciem, numerum, circumstantias, ita ut ego ipsem, qui hæc commiseram, ea non potuisset tam dilucidè exponere, si post longum & accuratum examen, atque animi discussionem de iis me pro sacro tribunali voluisse accusare. Ad finem subjunxit, modicam sibi spem affulgere imprestandi à Divina misericordia veniam tot & tam enormous scelerum, ac delictorum.

Facile est conjicere, quanto stupore defixus ibi hæserim, mihi met ipsi creptus, nam videbar mihi audire meipsum mihi confidentem, quod mihi multò largiorem sudorem expressit, quam concio paulò antè summa contentionē è sacro suggestu perorata. Nihilominus diu animi anceps quid agerem, tandem conclusi, facile contingere potuisse, ut inter tot hujus perverbi mundi pericula aliis similis farinæ homo, eadem committeret peccata, quæ commiseram ego miserrimus peccator; unde cœpi meo Confessarii munere fungi, varia suggerendo solatia pœnitenti, eum animando ad concipiendam firmam spem omni exclusa dubitatione, & pusillanimitate, ingentésque animos in infinita Dei clementia, & inexhausta misericordia fum-

(K 3)

dan-

dandos, illis ipsis usus argumentis & rationibus, quas fusè pro concione expuseram.

Tunc Nobilis ille pœnitens in pedes se erigens ex reo factus Judex, his me verbis incessit: infelix, & miserrime homuncio: Ecce tu despandes animum, & de misericordia Dei diffidis? cum tamen tu aliis persuasissimum esse velis, misericordiam nullo unquam cumulo, vel numero peccatorum, quamvis enorimissimum excedi & superari posse? credis, quæ dicis, vel non credis? si non credis; quare ergo prædicas, & ut articulum fidei credendum proponis? si credis, cur ergo diffidis? tempus est rumpendi tandem peccatorum catenas, quibus ligaris, postquam toties ad resipiscendum, & agendum pœnitentiam à Deo vocatus & stimulatus fuisti. Væ tibi, si adhuc differs, moras ex moris nectis, & iustum Divinæ vindictæ expectas. Hæc elocutus evanuit ex oculis: non alias sub hoc schemate latuerit, quam Angelus custos meus.

Ereverunt se, & unitis viribus irruerunt in me admiratio, pudor, extrema tristitia, timor, horror vitæ meæ hactenus tam male inter tot abominanda sclera actæ, & vix non trepidantis cordis anhelitum suppresserunt. Non sapiebat cibus, non potus; nullum capere poteram somnum, nullam quietem, diu noctuque in rivos

lachrymarum diffuebant oculi, animum
millies repetitis propositis, non amplius
peccandi obfirmaveram: Sed hæc omnia
expresserat solus penæ timor, non hor-
ror culpæ, aut dolor ob offensum Deum
optimum, summè bonum, & summè a-
mabilem.

His non obstantibus, prima, quæ se
obtulit, occasio iterum me in antiquum
præcipitavit lutum; tanta erat vis, & ty-
rannis inolitæ consuetudinis. Nec unâ
tantum vice relapsus sum, sed saepius, &
longè frequentius, quam prius: adhuc
exhorresco, & totis contremisco artubus
hæc recoquens. Nihilominus sustinuit,
& toleravit me patiens, & longanimis
Deus, & quod longius ab ipso fugiebam,
eo velocius me insequebatur non solum
internis conscientiæ remorsibus instans,
sed etiam externis prodigiis compellens.

Sacrificantem ad aram, quod frequen-
ter solebam ex respectu humano, & ut
Sanctitatis famam apud populum conser-
varem, atque augerem, Christus ex con-
secrato pane clarâ & sensibili voce ita me
fuit allocutus: *Quid feci tibi, in quo te
offendi, quod me tam malè habeas, tam
crudè & crudeliter tractes, cùm ego vi-
cissim tam suaviter & amicè tecum agam?
quot verba, tot erant fulmina, & vulne-
ra cordi meo inficta: totus quantus in
lachrymas diffuxi; plus roboris habue-*

(K 4) runt

iunt ad me commovendum, ut commis-
sos errores detestarer, hæ Christi monen-
tis blandæ querelæ, quæ Angeli expro-
brantis minæ severæ.

Credebam tandem clavum immobili-
ter esse fixum, tandem omne relabendū
periculum esse sublatum, sed decepi me
ipsum. O incredibilem perversitatem
meam, quam nec terrores dœmonis, nec
minæ Angeli, nec miserantis Christi pro-
digiosæ, & paterni amoris plenæ querelæ
expugnare potuerunt, ut ad frugem redi-
rem, & desertâ perditionis viâ salutis vi-
am ingrederer! O imperceptibilem & di-
verso Christi Redemptoris, verè boni Pa-
storis, & Salvatoris mei benignitatem, &
pietatem, qui ut perditam oviculam ad
suam caulam reduceret, hunc ultimum
admovit arietem.

Vix aliquot effluxerunt horæ, cùm ego
concinnandæ Concioni intentus, mensu-
læ assidens, ad portam crebris ictibus pul-
sari audio; assurgo, per fenestram prospí-
cio, & elegantem, accinctum gladio ju-
venem conspicio, qui pelvim argenteam
pretiosâ mappâ rectam ferebat. Credens
ego servulum ab amicorum aliquo cum
donario missum, in meum cubiculum ad-
misi. Ille sublatâ mappâ profert calicem;
ex eo hostiam extrahit, quam dextrâ ma-
nu intra pollicem, & indicem tenens, ita
me alloquitur: Cerne infelix, cerne miseri-

&

& adora in hoc pane consecrato illum Deum, quem toties contempsisti, conculcasti: En ille Deus est, qui te tam suaviter ad aram sub similibus speciebus allocutus est; sed quia tu mortalium ingratissime, abundantiam suæ misericordiæ, & tenuerrimam benignitatis tam protervè abusus es, nunc per os meum tibi loquitur voce terribili Justitiae, & te justè propter tua innumera, & nefanda scelera, tuamque pertinaciam condemnat ad mortem temporalem, & æternam, corporis & animæ. Deposito in calicem pane Eucharistico evaginat gladium, & in me, flexis genibus adhuc sacram hostiam adorantem, irruere parat, ictu unico vitæ filum præcisurus. Pavore extremo conterritus, in ejulatum erupi, opem Virgineæ Matris, peccatorum Refugii altum inclamans, spondens, ac sanctè jurans, emendationem seriam certò secuturam. Hæc audiens Angelus, quem sub hac juvenis forma latuuisse credo, impetum cohibuit, brachium retraxit, subjungens: in gratiam Beatissimæ Virginis, cuius encomia, & laudes saepius facundè deprædicasti, novum tibi tempus ad agendum pœnitentiam indulgetur, hac tamen conditione, ut sine omni mora operi manum adjicias; sin; periisti. Mox in auram abiit Angelus cum omni sua pretiosa, & sacra supellectile.

Ego substiti aliquamdiu extra me rap-
(K f) tus

tus, & mei impos: discusso tandem pavore & stupore, mihi restitutus, consilium & opem imploraturus ad sanctum vestrum Generalem Borgiam confugi, obfirmato animo, sub ejus imperio, & directione in suo sacro Ordine vitam longè aliam ducendi, dummodo me, id unum demissimè, & ardentissimè flagitantem inter suos subditos, quamvis indignum, admittere dignatus fuerit. Tu Reverende Pater, qui me tam patientibus, & benignis auribus excepisti, hæc omnia ad illum perfer, & subinde mihi responsum suo tempore, sed brevi refer.

Pater Acosta bene sperare, in suo proposito inconcusse perseverare & domum tantisper reverti jussum, deseruit. Interim ad Borgiam se confert, audita, ut jussus fuerat, fideliter narrat, desideria pœnitentis exponit: post collata inter se consilia, statutum est, suadendum ipsi esse, ut Ordinem Religiosum amplectatur exterioribus corporis austерitatibus ex suo instituto magis deditum: Consilium Borgiæ amplexus, & in illum Ordinem admissus, variis asperitatibus armatam pœnitentiam constans, & nunquam amplius titubans in arrepto proposito, cum summa omnium ædificatione protraxit, & in ea usque ad finem perseveravit, relictâ post se omnibus optimè fundata spe adeptæ salutis.

Histo-

Historia decima sexta

Pro decima sexta Meditatione.

*De Christo in Horto Gethsemani
sudante.*

VEhementer miror, quod militum & satellitum turmæ ausæ fuerint manus violentas in Christum injicere, eumque capere, postquam stupendo prodigo in eodem horto Gethsemani tribus non amplius syllabis prolatis: *Ego sum*, eos resupinavit, & in terram prostravit omnes. Fierine potuit, ut insana illa lictorum colluvies, quæ unico halitu displosa, & terræ allisa est, animos resumeret, & tanto furore Christum invaderet, quin justo terrore absterrentur, ne tot fulmina ex Christi ore prorumperent ipsos absumptura, quot verba.

S. Leo ex hac satellitum dejectione argumentum sumit, quid effectura sit in extremo judicii die Divina omnipotens, & ad justum furem concitata Christi Majestas in tribunali justitiae sublimis: *Quid poterit Majestas Christi iudicatura, si hoc potuit humilitas judicanda?* Dabuerat fæx, & grex ille lictorum se post tale prodigium ad pedes Christi demittere, illum pro omnipotente Deo agnoscere.

scere, & adorare; & quidem pro tali, qui de seipso promulgabat, se Judicem futurum omnium hominum, & totius Universi.

Longè alium se exhibuit Gentilis Princeps cum tota sua aula in eventu huic non multùm absimili, quem recenset Pater Franciscus Sacchinus Parte 5. Historiæ Societatis Jesu tomo 1. Lib. 2. & ex ipso Carolus Gregorius Rosignoli in Admirandis Sanctorum Parte 4. Admirando quadragesimo secundo.

Præcipuus inter Peruani Regni Principes ex suis aulicis intellexerat ingentes & admirandas victorias, quas Hispani sæpè cum exiguo suorum numerò referebant de suis hostibus, numerò & viribus longè superioribus, unicè adscribi illorum Deo, cujus imaginem, vexillis & labaris insculptam suis militibus in acie præferebant: ingens in eo exarsit desiderium cognoscendi hunc Deum, & videnti aliquam illius imaginem, vel simulacrum. Quoties de nova aliqua ab Hispanis sub hoc signo obtenta victoria nuntius afferebatur, toties ferventius exardeſcebat hoc desiderium; promittebatque liberale præmium illi, qui tale quid sibi allaturus esset.

Miles Indus, sacro Baptismate ablutus, & Christo adscriptus, Cusci, per Metropolim illius Regni iter habebat, atque hospi-

hospitio à notis & amicis exceptus, merces varias, & in regione illa raras, nunquam vias, plerasque vitreas, & ferreas, ipsis omni auro pretiosiores ex pera sua depromere, & hospitibus, aliisque curiositate allectis ostendere cœpit. Inter has raritates, præcipua, quam Barbari illi præ aliis omnibus estimabant, & admirabantur, erat Christi è cruce penduli, spinis coronati & spiritum exhalantis effigies, tam eleganter & affabre elaborata, ut omnes venulæ, costæ, ossa, musculi, nervi, & juncturæ humani corporis, oculi etiam in morte natantes, ac ultimis lachrymulis guttatum deciduis manantes, & ipse supremus quasi anhelitus adhuc spirantis, & expirantis Dei-hominis videri, explorari, & clarè distingui potuerint. Indus Christianus interrogatus, quem effigies tam artificiose, & ad stuporem, utique peregrino scalpro efformata referret? Hæc, dixit, imago est Dei, quem Christiani colunt, & ego pariter cum illis adoro; DEI Exercituum, qui tam prodigiorum victoriarum ubique notarum author, Dux & Patrator est, exigua suorum sequacium manu ingentes hostium copias, integros exercitus fugando, fundendo, & ad internectionem delendo.

Fama novitatis brevi totam urbem pervagata non tantum plurimos excivit
ad

ad hanc spectandam, sed mox in aulam ad ipsum Principem penetravit; hic sine mora missō Effedō cum suis Ephebis, ad se ex hospitio adduci jussit militem Christianum cum imagine sui DEI. Ille interim magnificè excepturus hospitem, in Regia sua aula expectavit, trecentis stipatus aulicis, & multò pluribus militibus prætorianis, & corporis custodibus; ubi is comparuit, Princeps in medium progressus, benevolè exceptum interrogavit, ubi asservaret Deum illum Christianorum, qui suam Metropolim ruribus variis implèisset: promptè respondebat Indus Christianus, & Crucifixi effigiem, quam sub veste tectam, pectori appressam servabat, in altum erecta manu ostentans, In hac cruce ait, in hac figura humana nostris objicitur oculis ille Deus, & simul homo, qui tot victorias, tot triumphos concedit suis militibus: non vos offendat, nec vobis scandalo sit, quòd eum cernatis in cruce expirantem, & morientem; hæc enim pati voluit ultrò nostri & nostræ salutis amore, tercia autem die virtute propriâ resuscitatus mortem ipsam superavit, & gloriosus viator triumphavit; subinde viros omnissipientia & virtute supernaturaliter instructos in omnem terram totumque mundum misit, qui suas glorias, suam potentiam, & doctrinam omnibus hominibus

minibus nuntiarent, & ad sui sequelam sub sua signa invitarent; quod his me, quoque annumerare dignatus sit, summo mihi duco honori, & inter summas gratias numero.

Princeps manu arreptam Crucifixi effigiem diu, & attentè contemplatus, hæc, ait, non DEI alicujus, sed hominis particularii, latronis ob sua scelera ad hanc infamem mortem condemnati, imago est: & tu eò audaciæ progrederis, ut me decipere, & inducere velis ad adorandum, & Diis annumerandum, imò omnibus præferendum è furca pendulum deceptorem, & sycophantam. Apage cum hoc tuo Deo, in quo nihil Divinitatis, vix aliquid humanitatis, & plurimum pravitatis agnosco: hæc elocutus Barbarus, in faciem Crucifixi cum amaro contemptu expuit, eumque cum indignatione Christiano militi restituit. Sannas & insanias sui Principis æmulati aulici, certatim probris, ludibriis, contumeliosis manuum complosionibus, & irrisionebus, deridiculum, ut ajebant, Christianorum Deum persecuti sunt.

Non tamen animis cecidit generofus Neophytus: sed sublatâ in altum Cruce: Videbitis, inquit, vos sacrilegi contemnptores, & derisores, carne vestiti Dei, vos læsæ Majestatis, & quidem Divinæ, iteratò rei experiemini paulò post potentem

tem ejus dexteram vindicatricem: ulci-
scetur certò injurias sibi illatas: nec diu
tardabit.

Præagus fuit Neophytus. Crucifixi
effigies stupendō prodigiō in omnium
oculis suum in pectus inclinatum caput
erigit, torvis, & minacibus oculis Prin-
cipem, omnésque in aula collectos con-
tuens, ita terruit, ut omnes exanimis,
pallidi, exsangues, & mortuis quām vi-
vis similiores in terram conciderint, lon-
gè acerbiore modo, quām quo in horto
Gethsemani suos hostes prostraverat;
nam jacuerunt ita exanimis per tres in-
tegras horas.

Interea Rumor increbuit per totam
urbem, exterum illum Christianum esse
magum, & suis beneficiis, ad quæ con-
ficienda pro instrumento uteretur certā
Cruce, occidisse ipsum Principem cum
omnibus suis aulicis, ac militibus Præ-
torianis, qui ipsum stipabant; ita ut
Neophytus non immeritò sibi, & vix
suæ inciperet timere. Ut hoc periculum
à suo capite amoveret, ad Crucifixi effi-
giem in genua provolutus, ardentissimè
Deum rogat, ut hac vindicta contentus
placari se sineret, enormem errorem non
committentium malitiæ, sed ignorantia
imputans: ignosceret ergo illis, & vivi-
ficaret, quos mortificaverat: Ad has pre-
ces sibi, & sensibus restituti Barbari, e-
terra

terra se erexerunt incolumes: Princeps dedoctus suum errorem, altâ voce exclamavit: Magnus & potens est DEUS Christianorum: Promulgari publicè jussit sub pœna capitis, ne quis auderet contemnere, scommate, ludibrio, aut minimâ irreverentia, ne dicam vilipendione aut contemptu impetere, aut afficer Deum Christianorum, jurans per suum sceptrum, se imposterum ipsi manusum arctè fœderatum, conjunctissimum, & acerrimam de illo sumpturum vindictam, qui ipsum ausus fuerit contemne-re, aut ipsius honorem vel minimum lädere.

Imperavit dein mox construi decentissimum, qui haberi potuit in aula sua, locum instar Sacelli Regii, eumque Regio cultu splendidissime exornari, in quo Thaumaturga Christi effigies collœgaretur, & ab omnibus adoraretur. Cùm autem ignoraret cærimonias, & ritus, quibus Deus hic adorandus esset, & à Christianis coli, ac adorari soleret, Neophytum consuluit, qui nuperrimè con-versus, & aquis lustralibus Baptismi ab-lutus, ipsemēt adhuc in his non satis in-structus, alios rite instruere non scivit, id solum Principi retulit, Cusci inveniri certos viros ex longinquis ac remotis regionibus, ex alio orbe advectos, qui ad Legem Christianam omnibus promul-

(L)

gandam

gandam, vita & sanguine confirmandam advenissent; hos interrogari, vel accersiri posse, qui ipsum, totumque ejus Regnum de his plenè instruere, & docere possent. Princeps nihil ardentius & vehementius optabat, quam ut in sacris Fidei nostræ mysteriis ocyus instrueretur; itaque decrevit se cum filiole sex annos nato sub alieno habitu, ne dignosceretur, itineri committere, tribus solis ex suorum aulicorum fidentissimis in viæ comites adscitis, Duce Neophyto, ratus, facilius & pleniùs se in omnibus edocendum, & instruendum præsentem verbis, quam absentem, & procul diffitum per litteras. Cuscum feliciter appulsi adivere illius Collegii Societatis Jesu Rectorem; Princeps efficitur rogabat, duos sibi ex suis Patribus viros prudentes concedi, quos secum duceret in suam ditionem, ut se, & suos subditos omnes in Christiana lege, fide, & ritibus instruerent; omnes enim non solum pronos & promptos, sed cupidissimos esse suscipiendi cum sacro baptisme Religionem Catholicam, prodigiò in sua aula patratō, & ubique divulgatō permotos.

Rector, quò minùs falcam in messem jam albam, & maturam, uti avidissime optabat, mitteret, prohibebatur paucitate Operariorum, & defectu licentiaz, necessa-

necessario à Patre Provinciali, tunc Balthasare Pegna petendæ, & obtainen-
dæ; non poterat autem responsum ci-
tiùs expectari ob locorum vastam inter-
capedinem, quām intra spatiū duorum
mensium; hinc Princeps, se tamdiu à suis,
& sua ditione sine periculo suscitandi for-
san tumultus, & plurium aliorum ex sua
absentia oricurorum malorum abesse non
posse advertens, instar pignoris suum
sexennem filiolum interim Christianis sa-
cris imbuendum, & Baptismo abluen-
dum Patrum curæ, & instructioni com-
misit, ac reliquit, spondens, se post bi-
mestre elapsum, certò hic denuo adfatu-
rum. Stetit promissis; statim, & promis-
so tempore adfuit; ubi autem audivit,
Provinciale ad paucitatem Operariorum
in vastissimis illis regionibus jam non
posse obsequi, utut optaret unicè, justis
& piis desideriis, obsecuturum verò prom-
ptè, ubi majorem horum copiam Europa
submisisset, statuit ibi apud Patres hærere,
& sui loco parvulum filium jam sacro
fonte ablutum, Ecclesiæ adscriptum,
optimè in lege Christiana instructum, &
statem capacitate, & prudentiâ superan-
tem remittere domum, spe fatus firmis-
simâ, Deum justæ causæ adfuturum, &
subditos præsente in Regno filio in obe-
dientia & pace conservaturum.

Plurimum profuit hæc mora ibi tracta
(L 2) optimo,

optimo, & zelofo Principi; nam plen^e
instructus in mysteriis & dogmatibus no-
stræ Religionis, solenniter salutiferis Bap-
tismi undis ablutus, Christo regeneratus
fuit: pauci post suscep^{tum} Baptismum
abi^re dies, cùm gravimorbo correptus,
lustrico fonte expiatam, & penitus em-
culatam animam inter pias adhortationes
& preces assistentium Patrum cœlo trans-
misit, Divinæ voluntati atque arbitrio lo-
totum, suos, suaque omnia permittens,
ac resignans, plenus solatio, quod auge-
bat spes indubitata dulcissimis fructibus
amaræ Christi crucifixi passionis mox fru-
endi, & illum à facie ad faciem videndi,
laudandi, adorandi, & amandi gloriosum
in cœlis, quem in terris adhuc non satis
agnitum, cruci suffixum, tam ignominio-
sè contempserat,

Id mihi hæc pensiculatiūs examinanti,
non levem incutit timorem. Turmæ sa-
tellitum & militum in horto Gethsema-
ni, quamvis prodigiosa vî in terram à
Christo prostratæ, perseverant in sua ini-
quitate: Princeps hic pariter à Christo
miraculosè terræ afflictus, sine mora sa-
niora capessit consilia, & convertitur.
Illæ complura jam prius viderant prodi-
gia à Christo patrata, & paulò antè re-
centissimum, quo abscissam Malcho aurí-
culam restituerat sanam & integrum:
Princeps nullum unquam viderat præter
illud,

illud, quod consternatus, & prodigiose in terram prostratus, in seipso senserat, nec unquam annuntiari audiverat Redemptoris Divinitatem, quam illa primùm die à Neophyto Indo. Quæ causa igitur subest, quod illæ non convertantur, sed magis pervertantur; & Princeps tam facile ac promptè convertatur? Hæc diversitas non gratiæ, sed voluntatis humanæ defectuī est adscribenda: illi enim, qui gratiæ cooperantur, salvantur; qui huic cooperari negligunt, damnantur. Christus passus, & mortuus est pro omnibus, ab ipso capite nostro in nos sua membra descendit influxus gratiæ. Nullus conqueratur, sibi defuisse gratiam, cuius ope potuisset salvari, sed doleat solum, quod ipse defuerit gratiæ ex corde & vulneribus Christi in omnes ubertim promananti.

*Historia decima septima.
Pro Meditazione decima septima.*

De Passione Christi.

IN confirmationem illorum, quæ in priori Historia fuerunt dicta, subjungo duos eventus, priori non dissimiles; primum ex his recenset Guilielmus Wael in suo libro, quem nominat *Coronam Christi vulnerum, ad vulnus sinistram manus.*
(L 3)

nus, Consideratione secunda, quem se ex vita S. Francisci Borgiae ab Eusebio Nierenbergio scripta decerpisse ait. Alter eventus narratur ab eodem auctore, Confid. 4. quem se in Annalibus Ordinis Seraphici à P. Luca Wadingo scriptis invenisse memorat.

In actis Apotheosis, sive Canonizationis S. Francisci Borgiae legitur, virum Hispanum sanguinis nobilitate illustrissimum, ac famosissimum, omnis generis sceleribus longè famosiorem, ad extrema deductum, obstinatā, & obdurata in malum voluntate procul à se arcuisse, & pro juratis hostibus habuisse illos, qui vel minimam mentionem ingerebant de expianda per confessionem anima.

Defertur hoc ipso tempore in Civitatem, in qua nobilis ille morti proximus jacebat, S. Franciscus Borgia: mox adsunt consanguinei, & amici ægrotantis, circumdant Virum sanctum, & enixissimè orant, ut se pereuntis animæ jacturâ ad commiserationem Christianam, & opem ferendam permoveri sinat; iret proin, curreret, & succurreret moribundo, de quo alias actum, & quidem æternum actum foret.

Borgia, antequam se in iter daret, ad pedes Crucifixi prostratus, rogat illum per sanguinem suum, pro salute hominum profusum, succurrat, concedat potentes, vici-

victrices, & triumphatrices gratias, quibus ejus pertinacia frangatur, vel potius flectatur. Sensibili voce Borgiae respondit è cruce Christus : Ito, & omnem conatum adhibe, hortare omnibus adhibitis, & in medium adductis causis & motivis; increpa & obsecra moribundum, ut meo, quem in hunc finem fudi, sanguine peccata sua eluat, dum adhuc tempus est; tecum ero, in partem veniam laboris : invenies me sub schemate Medicis ægroto adstantem.

Borgia his promissis animatus, optimè de salute moribundi sperans, accurrit ad illum, de conversione & flectenda ejus pertinacia non amplius dubitans, postquam in conclavi adesse vidit Divinum animarum nostrarum Medicum personatum: accedit itaque propinquius ad lectulum ægroti, à quo humanissimè etiam excipitur: sed ubi Borgia suaviter se insinuavit, & de necessitate expiandi per Sacramentalem confessionem in illo rerum articulo à peccatis animam, cautè mentionem ingessit; Pater mi, respondit æger, si cupis integrum, & non interrupi nostram amicitiam, abrumpe hunc sermonem; sunt alia, de quibus loquamus, amæniora: & cum hæc diceret, Christus personatus Medicus ex cubiculo se proripuit. Borgia replicat, & instat: quin ut me monstrem verum & sincerum

(L 4)

ami-

amicum, ut amicitia nostra nunquam absumatur, sed in æternum continuetur, ob oculos tibi pono necessitatem, in qua constitutus es, agendi pœnitentiam per exhomologesin delendi tua peccata, & effugiendi æternum interitum: in margine inferni stas, altero pede jam in hanc abyssum protenso; & cupis, ut ex amicitia te in illam præcipitari sinam?

Quàm crûdelis amicitia non foret ista? nihil magis cupio, quàm ut stabiles & veri amici simus; sed non cum damno tuo immenso, & irreparabili per totam æternitatem: sum promptus & paratus ad omnia obsequia, ad ferendam tibi opem, & aperiendam tibi cœli januam, quam tibimet ipsi tot vectibus peccatorum oppessulâsti: his argumentis tibi demonstrabo veram meam amicitiam: ad opus: bea me hoc solatio: initium fac tuæ confessioni: incipe, juvabo, prosequar ego.

Noli mihi aures obtundere, reponit æger, importunis & molestis tuis horamentis: actum agis, nihil agis, quàm ut me ad indignationem, & impatientiam concites: hæc dicens contemptim à Borgia faciem avertit, & in alterum latus se projiciens ipsi tergum obvertit.

Facilè advertit Borgia, grande negotium, nempe ægri salutem æternam non cum ipso terroribus, sed cum Christo oratio-

orationibus agendum, & conficiendum esse; itaque in proximum cubiculum secedit solus, ad Crucifixi pedes prostratus lachrymis & precibus pro salute ægroti ardentissime orat, & perorat, per quinque vulnera, humanæ salutis scaturiginis eum obtestans, succurrat de æterna salute periclitanti animæ; unicam illi ex his profluentem sanguinis guttulam aspergit; & emolliendum, abluendum in suis fôrdibus obduratum cor hujus peccatoris. Ex ipsa cruce Christus respondere dignatus, succurram, juvabo, dixit, dummodò admittat opem, & jvari non recuset: redi ad ægrum; exhibe me ipsi ex hac Cruce pendulum, quin etiam obtrude; loquere, explana ipsi passionem meam, mortem ipsam dirissimam à me pro ipsius salute ultrò toleratam & obitam, ut ita dirè habitum, dilaceratum, & mactatum me pro ipso contuens, & contemplans, permoveri se sinat ad deponendum in perniciem suam obfirmatum, & obstinatum animum

Obedit Borgia; sine mora revertitur ad ægrotum, manu præferens Crucifixi effigiem; digito illi ostendit quinque Redemptoris vulnera; orat, & obsecrat per ipsam Christi passionem, sinat sibi applicari pretiosam medicinam, quæ certam latura esset salutem, & quidem æternam; Christi sanguinem pro ipso fusum: unicâ

(L 5)

opus

opus contriti cordis lachrymulâ, paucis
verbis sua peccata explicantibus; aspice-
ret Christum expansis in cruce brachiis
ipsi amplexum offerre, longè majori te-
neritudine ambabus ulnis cum strictu-
rum, & patulo cordi suo appressurum,
quàm olim benignissimus ille pater redu-
cem filium suum prodigum paternè strin-
xisset, & excepisset; sufficere unicam
stillulam Divini sanguinis ad eluenda non
solùm sua, sed etiam cotius mundi, om-
nium hominum scelera. Deum non velle
mortem peccatoris, sed ut convertatur
& vivat.

Verba suavissima, & simul verissima;
sed ventis data: surdas pulsabant aures:
ager rogabat Sanctuin, & arceret inutili
labori, nec antiquam recoqueret cram-
bem; quæ sibi naufragi moveret, &
stomachum everteret. Sed ecce! cruci
suffixus Christus ipsem vocibus sui mi-
nistri suas adjungere voluit voces, sed
voces sanguinis; nam hic copiose, &
prodigiose ex omnibus vulneribus pro-
rumpere cœpit; addebat suas adhorta-
tiones occasione tam opportunâ usus
Borgia multò ferventiùs, quàm unquam
aliás. Sed neque hi arietes tam vehemen-
tes perfringere potuerunt saxeum cor,
quod instar incudis tot, & tam validis
iustibus non emolliebatur, sed magis con-
densabatur; & cùm esset totum lutum
his

his benignis solis radiis indurabatur.

Tam inverecunda & proterva pertinacia justam Redemptoris iram excitavit, qui extracto clavo manu dextrâ sanguinem ex latere suo ubertim manantem excepit, & plenâ volâ in faciem impudentis, & obstinati peccatoris conjecit, quasi diceret: siquidem hoc meo sanguine uti noluisti ad salutem, ut facile poteras, sit ille tibi in perditionem, & æternam damnationem, ad quam te jam nunc justus Judex condemno: Eo ipso momento extinctus infelix & pertinax peccator, in æternas orci flammæ præcipitatus est, ubi ardorem illarum flamarum semper exacuerit, & augebunt quinque illa Christi crucifixi vulnera, alias peccatorum solatia, & æternæ salutis pignora; sic testatur Rupertus Abbas L. 4. in Joan. Veneranda Domini vulnera, æterna futura sunt incendia.

Meliores tulit fructus arbor crucis, & ex hac penduli Christi cruenta vulnera in animo illius Juvenis, quem ipse sanctus Pater & Patriarcha Franciscus Seraphicus in suum Ordinem admiserat; cùm enim hic Religiosæ militiæ tyro vehementibus à diabolo bonorum omnium hoste, & osore temptationibus impeteretur, & ad transfugium è Religione ad sæculum, è cœlo ad cœnum, è castris Christi, ad castra Luciferi urgeretur, non tam ad impe-

impetrandum consilium, & auxilium re-
currit ad sanctum Fundatorem, quād ad
petendam licentiam redeundi ad suos,
cūm se ferendis religionis oneribus expe-
tiretur imparem.

Excepit paternē fluctuantem filium hoc
suavi responsō : amantissime Fili; ergo
statuisti relinquere cœlum pro terra,
Christum pro tuis Genitoribus, & con-
sanguineis ? qui tamen in cruce usque ad
ultimum halitum tui amore tot ac tanta
tulit, onera utique tuis millies graviora?
& quod absurdius est, petis à me, ut etiam
ego ad hoc turpe transfugium concur-
ram, & licentiam concedam explendi
hanc tuam perfidiam, & pravum animi
propositum? avertant hoc à me boni Su-
peri! ito, & ad pedes Crucifixi prostra-
tus, grande hoc negotium maturius per-
pende, & saniora consilia cape.

In aërem abiérunt hæc Francisci si non
imperia, saltem monita : Juvenis non ad
Crucifixi, sed ad Cardinalis Hugolini
tunc totius Ordinis Protectoris pedes
abiit, & ad hos provolutus effictim ro-
gabat, & postulabat veniam redeundi ad
sæculum. Purpuratus Præfus nequicquam
ejus postulatis diu reluctatus, & ad sa-
niora consilia eum perducere frustra co-
natus, ad Honorium tertium summum
Pontificem detulit hanc causam, ut ipse
pro summa potestate sua eam decidoret,
&

& si quod voti vinculum Juvenem ad cepas & ollas Ægypti anhelantem Religioæ vitæ arctius adstringeret, illud disfolveret: sed & ab Honorio repulsam tulit.

Advertens sibi omnes evadendi vias præclusas, vincula non laxari, sed arctius constringi, decrevit unico iœtu truncare, & absolvere omnia, clām fugam arripiendo ex Monasterio. Necdum orto sole valde manè reperit portam Monasterii apertam; tam opportuna occasione utendum ratus, celeri cursu potius, quam gressu avolat, animō non amplius nec per hanc, nec per aliam portam redeundi ad Monasterium.

Needum ex oculis effugerat derelictum monasterium, cum fugitivo occurrit vir aspectu gravis, ac serius, qui tantisper subsisteret jussum interrogat, quò tam manè, tam sollicitè, tam celeriter properaret. Efferbuit fugitus, indignatus, quòd ingratiss moris cursus suus interpolaretur; eò, reponit, quòd mihi lubitum est; quid ad te? quod tua non interest, percontari desine: vade tu vias tuas, & me meas vadere sinito: quid ad te homo nasute? Quid ad me? respondet alter; plurimum ad me; videsis: hic diffibulatis vestibus ostendit pectus profundo hians vulnere, manus pedesque perforatos; ex his tanquam quinque fontibus copio-

copiosus prorumpebat sanguis : subjunxit dein : hæc vulnera , quæ mihi tui amore infligi passus sum , liquida testimonia sunto , quanti mea intersit hoc tuum iter , quo recta ad interitum , & perditionem æternam properas : Fudi ex his vulneribus tam copiosum sanguinem , ut tibi à sordibus purgato cœli viam , & januam aperirem ; & tu ab hac recedere , refugere , & latam viam , quæ ad infernum recta dicit , ingredi , & currere festinas : & miraris , & indignaris , si te interrogem , quò eas , quò properes ?

Agnovit fugitus salutis suæ auctorem Christum Redemptorem ; hujus itaque tam blandis verbis , affabilitate , & benignitate commotus , in genua procidit , supplex inter uberrimas lachrymas suæ inconstantia in bene cœptis , & pertinacia in malè cœptis veniam demississimè rogans . Disparuit imago : rediit in se , & in suum ovile errabunda , & fugitiva ovi-cula ; rediit ad pedum & pedes optimi sui Pastoris Francisci , qui eam ambabus amplexus manibus , in humeros sustulit , & gregi suo restituit , in quo etiam religiosissimè & ferventissimè vixit , pondus religiosæ vitæ , & disciplinæ , Christi vitæ & morti comparatum , leve , & nullius ponderis esse expertus , usque in finem , ut salvus esset , perseveravit .

Perpende , & collige ex duobus his even.

eventibus, quām diversos effectus producat Christi pro nobis passi, & crucifixi consideratio, & quinque cruentorum Christi vulnerum aspectus & contemplatio, pro diversitate nimirum hæc aspicientium, & contemplantium; Nobilem illum Hispanum induravit; Religiosum emolliit, eliquavit in doloris & amoris lachrymas: illi sanguis, & vulnera Christi sunt venenum, huic alexipharmacum. Hanc vel huic similem pœnitentiam Christus suis in tormentis, & pro fructu horum tormentorum, & totius suæ passionis à te petit, & exigit: & quemadmodum tormenta & pœnæ, quas Christus sustinuit, aliæ sunt internæ, tædia, timores, tristitia, desolationes: aliæ externæ, flagella, spinæ, clavi, vulnera, crux; ita duplicis generis pœnitentiam à nobis expectat, & exigit, internam unam, externam alteram; illa consistit potissimum in dolore intimo, & vera contritione cordis; hæc in afflictionibus, & castigationibus corporis.

Verumtamen si pœnæ, quas Christus passus, & tu hodie contemplatus es, tua viscera ad teneritudinem non commoveant, ex qua deinde, quasi ex scaturagine profluat amor & ardor etiam externæ pœnitentiæ, corpus rebelle domandi, & subigendi variis austeritatibus, ac castigationibus, nihil boni de te præfigire possem;

sem; quin imò timendum foret, ne potius nobili pereunti, quàm religioso redeunti accensendus essem. Nolim tamen credas, me hic loqui de illa potius muliebri, naturali, & sensibili mollitie quàm teneritudine cordis, ad quam te commovet etiam tenelli agni spectata jugulatio, vel excoriatio; de illa loquor teneritudine cordis, quæ Christi patientis dolores lenire, & patienti solatio esse possit, dum te horum malorum omnium causam, & originem esse agnoscis, & serio doles, nimirum de teneritudine cordis serio pœnitentis, & sua peccata detestantis.

Historia decima octava.

Pro Meditatione decima octava. De Resurrectione Christi.

Resurrectionem Christi de morte ad vitam sacri doctores & scriptores vocant causam resurrectionis nostrorum corporum ad vitam in fine mundi, & meritò: est enim causa efficiens, si consideretur Christus resurgens, qui suâ virtute resuscitatus surrexit ipse, & alios resuscitabit; resurrectio Christi est causa exemplaris & idealis nostræ resurrectionis; nam sicut in resurrectione Christi anima corpori, cui priùs unita sed per

mor-

mortem avulsa fuerat, iterum conjungitur, ita in nostra resurrectione animæ nostræ iterum uniuntur corporibus, tanquam antiquis domiciliis, ex quibus eas mors expulerat; atque sic Christus suæ resurrectioni nostram vult esse similem, ut monet Apostolus *ad Philip. c. 3.* reformatum corpus hamilitatis nostræ configratum corpori claritatis suæ. Hæc autem resurrectionis solis Electis competit; horum enim solum corpora quatuor illis dotibus, quas Paulus enarrat, instructa resurgent; erunt imprimis gloria, lumenosa, luce suâ ipsos solis radios superantia, fulmine velociora, non minus quam cogitationes, omnia, quæ obstant, peradventia, & penetrantia; nulli subjecta dolori, multò minus morti, & sicut Deus per naturam, sic ipsa per gratiam immortalia.

Hujus felicitatis, quam corpora nostra expectant, præsagium aliquod, & pignus quodammodo DEUS præviè nobis dare voluit in corporibus complurium Sanctorum, quæ post mortem conservavit incorrupta, omnis putredinis, labis, aut graveolentia expertia, vegeta, vivida, flexilia, suavissimum, & cælestem odorem spirantia, quod perpensis rerum circumstantiis, non naturæ, sed gratiæ solius supernaturalis viribus adscribi potuit. Talis utique censenda & dicenda est in-

(M)

corrup-

corruptio cadaveris S. Xaverii Indiarum Apostoli, quod post mortem, in Insula Sanciano sancte obitam sandapilæ impo- situm, vivâ calce undique obrutum est eum in finem, ut consumptâ, & corroso interim carne vectores ex Chinensi Regno reduces sacra ossa jam nuda & munda secum in Europam transportare possent; sed reperere illæsum; itaque denuò in prato sub udo, & omnibus tempestatum injuriis aperto cœlo terræ mandant, & ma- jore quam prius, vivæ calcis copia rur- sus obruunt, sed post trium ferè mensium spatium, quo ibi ita sepultum jacuit, ite- rum erutum, integrum penitus, illæsum, flexible reperiunt: nullus vultum pallor mortualis inquinabat, sed nativus, & vivus pingebat color, ita ut suavissimè & sapidissimè dormire credi potuisset.

Malacam translatum sepulchro in cœ- meterio extra templum pluviis exposito illatum est, quod cum arctius & brevius esset effossum, quam ut commodè cada- ver caperet, à crudis vespillonibus com- pressum, ex vulnere per hanc violentam compressionem aperto, sanguis recens, vividus, & suavem odorem exhalans profluxit. Jacuit ita compressum in fossa illa humidissima per integros quinque menses: ex hac secretò extractum, & iterum sine omni labe, sine omni tabe, vel corruptionis indicio repertum, navi impo-

impositum, felicem cursum promoven-
tibus concatenatis in mari prodigiis Goam
transvectum, ibique tanta pompa, &
celebritate, in occursum properante totâ
civitate, exceptum est, qua solennior nun-
quam visa est.

Solemnem hunc triumphum auxit
DEUS variis prodigiis, inter quæ meritò
numerari potest suavissimus odor omni
balsamo, & thymiamate gratior, quo aër
imbutus, non solum corpora, sed etiam
animas coelesti quadam dulcedine, &
amænitate implebat. Ut omnium desi-
derio satisficeret, corpus iterum ex san-
dapila extractum, &, ut erat omni ex
parte illæsum, nec ullâ putredinis maculâ
vitiatum, publicæ venerationi in templo
expositum stetit in pedes erectum, per
integrum triduum; vix hora effluebat,
qua non insignia patrarentur miracula;
nunc in unico momento ægroti diuturnis
& incurabilibus morbis detenti sanaban-
tur, nunc cæci illuminabantur, nunc le-
prosi mundabantur; quidquid languo-
rum, dolorum & ægritudinum erat,
abstergebatur, & pellebatur.

Inclusum pretiosæ urnæ, sæpiusque à
peritis Medicis & Chyrurgis in præsentia
testium omni exceptione majorum, ex
Clero, & præcipua Nobilitate collecto-
rum, visitatum & examinatum fuit: du-
tavit non solum sine omni corruptionis

(M 2)

nævo,

nævo, sed etiam flexible, molle, vividum, & quibus olim in vita, nunc quoque coloribus nativis imbutum, sexaginta duobus annis; & tunc primum hæc flexibilitas, & coloris vivacitas imminuta est, quando ex altiori Imperio brachium dextrum ipsi resectum, & Romam, id sibi vindicantem missum fuit: nec ipsa avulsio multiplici caruit miraculo; inter reliqua etiam id numerandum, quod facta incisione copiosus, & recens eruperit sanguis, qui linteo reverenter exceptus, Philippo quarto Hispaniarum Regi pretiosi & rari munera loco fuit oblatus. Ita scribunt & testantur Daniel Bartoli, & Josephus Massei uterque Societatis Jesu, in Vita S. Xaverii.

De sanctorum corporum post mortem incorruptione Annales Ecclesiastici multa narrant; ex plurimis id unum adducam, quod Laurentius Surius ad diem 15. Octobris in vita S. Edmundi & Rancius Picus in Parte 2. Speculi Principum narrat.

Cum bello inter se colliderentur Anglia & Dania, Lothericus ex præcipuis Danorum Ducibus unus, venationum amantissimus, consenso lintre dispersas hinc inde in mari Balthico Insulas & interjacentes lacunas lustrabat, aves aquatiles capturus: sed exurgentium ex improviso ventorum impetu, & tumultuantis maris furen-

furentibus fluctibus ac procellis ad inimica Angliæ littora protrusus est. Exscensionem in hosticum facere compulsus, interceptus, & ex idiomate facile pro exterо, & hospite agnitus, pro exploratore habitus, & in custodiam datus est. Ad Edmundum tunc Angliæ Regem adductus, quis esset, agnitus, omni honore exceptus, & pro conditione sui statūs lautè & humanissimè habitus fuit: tantæ humanitati & benigitati pari vel etiam majore humanitate, ac suavi modestia respondit, qua tam altè in Regis favorem & amorem se insinuavit, & penetravit, ut ipsum brevi inter suos fidos, & intimos clientes annumeraverit: tunc maximè Edmundus Lohericum suo hærere lateri jubebat, quando ad venandum erat excurrendum, utpote artis venatoriæ peritissimum, & in configendis feris dexterimum.

Berno in Aula supremus rei venatoriæ præfектus malignis, & lividis hæc spectabat oculis; ut igitur hanc pungentem ex corde spinam evelleret, statuit Lohericum è medio tollere; nefarium propositum exequendi commodam occasionem obtulit instituta venatio, in qua Berno Danum, cui se associaverat, tam remotè ab aliis, dum fugitivum apr m insequitur, avulsit, ut nec videri, nec audiri ab ullo posset in condenso nemore; hic

(M 3) inno-

innocentem victimam occidit, & suo
livori immolat; & simul vespillonem
agit, occisum sub densis virgultis sepe-
liendo, & sepulturæ locum integro lapi-
dum, quos vicinia montosa largè sub-
ministrabat, acervo, ne vel minimum
vestigium, vel indicium defossi cadaveris
extaret, cooperiendo.

In aulam ex venatione reversus Berno,
de hujus successu & causâ; cur non etiam
Lothericus cum ipso rediisset, à Rege
interrogatus, respondit, ob temporis
defectum exiguum fuisse prædam silve-
strem: Lothericu*m* effusis habenis aprum
insecutum, dum ipse premeret ursum;
& ita à se divulsum esse: ubi receptui
cornu venatorum cecinit, & finem ve-
nationis indicavit, nihil de Lotherico
comparuisse, nec visum nec auditum
quidquam, hinc ab omnibus creditum.
Lothericum aliâ, & breviore viâ domum
rediisse, & suo adventu omnes alios præ-
vertisse.

Cùm autem Lotherici anxiè expecta-
tus reditus diu procrastinaretur, Rex ti-
mere incepit, ne quid sinistri suo Dano
accidisset. Fortè prandium sumente Re-
ge accurrit Lotherici canis venaticus,
domino suo apprimè charus; nemo du-
bitabat, quin prodromus nuntius esset
mox adfuturi domini sui. Sed canis fide-
lis domini sui comes exiguô cibô pastus,
omni-

omnium oculis se iterum eripuit. nec ulli illâ die se videndum præbuit. Sequentie die eâdem horâ prandenti Regi adstitit, & hoc suo famulari obsequio functus, sumpto modico pastu iterum ex aula diffugit; hoc ipsum repetiit die tertiatâ stupente Rege, & id insuper observante, quod canis præter solitum pigritiam, tædium & tristitiam certam præferret, depositâ voracitate suâ pristinâ paucis bolis famem potius obsonaret, quam satiaret; hinc Regi Edmundo, maximè cum de Lotherico nihil unquam videretur, nec audiretur, aucta suspicio, & solicitude; jubet proinde duos ex suis famulis canem sequi, qui sibi diligenter referrent, quod, & quâ cursum suum direxisset; ubi stitisset, & quidquid indicii vel notitiæ de suo Lotherico hausissent. Binos ablegatos famulos Dux canis in silvam densam, & tandem ad acervum lapidum deduxit; huic insidens cœpit cum lugubri latratu, iratis pedibus, quin & dentibus lapides removere, disjicere, & ad jungendam operam adstantes quasi invitare; hi attoniti rei novitate, hanc strenue junxerunt, nec magna vi aut longo labore opus fuit; nam remotis lapidibus & humo, temere injeclâ, statim apparuit cadaver Lotherici multiplici pugionis, & gladii per cor adacti vulnere confossi.

Ubi hæc innotuerunt, facilè fuit homi-
(M 4) cidii

cidiī proditorii convincere Bernonem supremum venationum in aula præfetum, à cuius jugulo fatalem, sed justam carnificis securim sola, sed nimia Regis clementia, humanum sanguinem etiam nocentem fundere abhorrentis avertit, & in perpetuum exilium commutavit; sed in perniciem suam, & totius Regni; nam Berno sanguinarius, & mortalium ingratissimus ab homicidio infami gradum fecit ad rebellionem, ad cædes & strages; nam consensâ nave in Daniam profugit, ubi junctus Angliæ hostibus mendacissimè sparsit, jussu Regis Edmundi in venatione in hunc finem institutâ, crudelissimè multis vulneribus confossum fuisse Lothericum: & hanc esse causam, ob quam deserto impio, & crudeli Tyranno Angliæ ad Regis Daniæ partes transiisset, qui solus æquam posset de oppressa innocentia vindictam sumere.

Lothericus cum plerisque Daniæ proceribus, arctis consanguinitatis & affinitatis vinculis junctus erat; vivebant duo ejus Filii Agnerus, & Ubbo: hi junctis unicum reliqua consanguineorum cohorte animis & viribus Regem Angliæ invadere, & ad sumendam de innocentia Lotherici sanguine vindictam se parare statuunt. Adornatae intra breve temporis spatium validæ classi cum supremo imperio præficitur Agnerus: hic ob nefandam patris

patriis cædem plenus irarum & minarum
Angliam invadit, depopulatur, omnia
cædibus & incendiis complet, devastat.

Edmundus Rex post pugnam, in qua
plurimum sanguinis utrinque fusum est,
noluit amplius configere, ratus DEO
gratissimum fore, si seipsum, & vitam
suam pro salute innocentis & fidelis po-
puli sui immolaret, & suum pro suorum
subditorum funderet sanguinem. Interim
se cum aliquot è suis fidissimis in arcem
munitam recipit, animo non repugnan-
di, & se defendendi, sed se hostilifurori,
quibusunque tandem pactis, etiam ini-
quissimis, vel etiam sine omni pacto vi-
ctoris arbitrio dedendi.

Angerus arcem facile subegit, & recu-
fatis pactionibus omnibus, etiam inde-
coris Regiæ Majestati, eâ potitus, Ed-
mundum Regio Sacello extractum, ad
eum nemoris locum rapi jussit, ubi Lo-
thericum patrem suum cæsum, & sub
lapidum acervo tumulatum noverat; hic
Edmundum arboris stipiti alligatum telis
configi jussit: subinde caput à cervice
rectum in illud vepretum, in illam fos-
sam projectum est, quæ priùs sepulchrum
fuerat Lotherici; truncum vero cadaver
feris & avibus in pastum fuit reiectum.
Postquam tanta crudelitate injustæ vin-
dictæ rabiem exsatiavit Agerus, qui
sublatis anchoris in classe sua in Daniam

(M 5)

rediit

rediit Regi suo, quid gestum esset, expositorus. Dispulsâ tam atroce tempestate serenior sol rediit, hoste dilapo, pax & quies Regno; subditi Regi suo semper fidissimi, & addictissimi confertim in nemus excurrerunt saltem sacrum cadaver, sive Regem suum in suo cadavere veneraturi. Invenerunt hoc, & quidem non solum à feris intactum, sed vividum, molle, & plicatile, & quasi nunc primum demesso capite adhuc calidum.

Gaudium reperto tam pretiosô thesau-
rō erat ingens, sed non omni ex parte
completum; deerat enim sacrum caput:
hoc quæsitori in varias turmas divisi sil-
vam lustrant, & percurrunt, altâ ubi-
que voce inclamantes: *Ubi es, ubi late-
s, ô sacerrimum caput?* mirum dictu! re-
sponsum sonorâ voce datum allabitur ex
vepreto illo adhuc satis remoto, in quod
à suis interfectoribus projectum fuerat:
Hic sum, hic, hic: stupenda vocis soni-
tum sequentes tandem inveniunt sub illis
virgultis & vepretis recisum caput, lin-
guam movens, & cœptum prosequens
sermonem, adventantes ad se invitando.

Prodigium auxit lupus, jam agni fa-
ctus præclarus custos & protector; hic
pedibus, & unguibus suis, ut illud ab
aliis voracibus bestiis defenderet, com-
plexus sacrum caput, advenientibus, ut
ita dicam, cum sum: la reverentia, &
sub-

submissione offerebat, quam adhuc aperi-
tiūs demonstravit, cùm pulchro ordine
sacrum pignus auferentes, & quasi in
triumphum portantes devotos subditos
ipse lupus demissō capite nemini noxiūs,
nemini, ne quidem abigere conantibus
minax, ultimo loco sequens in partem
sive luctūs, sive triumphi venire voluit,
comes individuus, donec ad ipsum cada-
ver perveniretur.

Caput truncō conjunctū inter cantus
& hymnos pios maxima solennitate &
pompa in vicinam urbē deportatum &
tumultuario interim tumulo illatum est,
usque dum Divo Regi Martyri magnifi-
culum Mausolæum in templo ipsius hono-
ribus consecrato construeretur; quod
nonnisi intra spatiū plusculorum anno-
rum confici potuit; his elapsis confluxē-
re Regni Principes, Proceres, Episcopi,
& Magnates utriusque fori, ut ex vetere
tumba, & temporario sepulchro in no-
vum Mausolæum translationi interessent,
eamque suā præsentiā redderent solen-
nissimam; apertā tombā, omnibus in-
spectantibus, etiam numero populi,
apparuit sacrum corpus ab omni corrup-
tione, tabo, & nævo immune, carnosum,
molle, coloris vivacis, & cælestem ex-
halans odorem; caput novo prodigio,
reliquo corpori ita conjunctū fuit, ut
credi debuisset nunquam à cervice reci-
sum

sum fuisse, nisi instar purpurei fili tenuissima linea collum circumdans, accepti vulneris locum denotasset, exantlati Martyrii testis. Adjungo Epiphonema, quod Surius hujus Historiæ fini adscribit:

*Sic sanctus Rex Martyr Edmundus integer,
Et viventi simillimus, adhuc in eadem for-
ma gaudia beatæ resurrectionis expectat.*

Hæc de incorruptis post mortem Sanctorum corporibus exempla, sunt prægustus & quædam immortalitatis, ac perpetuæ ab omni corruptione immunitatis præludia, qua gaudebunt Electi omnes post resurrectionem suam resurrectioni Christi assimilandam. Sed hæc immortalitas, hæc incorruptionis non acquiritur, nisi per præviam aliam quamdam immortalitatem & incorruptionem, quæ nimirum & à morte, & à fôrdibus, & fœtoribus & putredine peccati præserveset, quæ re in bene cœptis, & serio stabilitis firmum, constantem, & inconcussum conservet. O quoties non jam intonuisti illud Davidicum *Ps. 76.* *Dixi, nunc cœpi; hac est mutatio dexteræ Excelsi.* Sed mox iterum in antiquam temporis, vel etiam peccati fœtidam tumbam relapsus es: fige tandem firmo clavo volubilem, & semper in casum pronam voluntatis tuæ rotam, semper illius, quod Matth. 24. dicitur, memor: non qui benè cœperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

Histo-

Historia decima nona.

Pro Meditatione decima nona.

De Paradiso.

NON licet homini in hoc exilio viatori loqui, nec potest ille calamo vel lingua clare exprimere, sed nonnisi obiter & rudi penicillo adumbrare gloriam supernam, & æternam, qua in cœlo fruuntur comprehensores. Apostolus Paulus, qui in tertium cœlum raptus propinquiore ore ex hoc immenso gaudiorum mari aliquid degustare potuit, aliquam hujus inenarrabilis felicitatis ideam non tam affirmando, quid illa sit, quam negando, quid illa non sit, proposuit, repetendo cum Isaia Propheta : *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus iis, qui diligunt illum I. ad Cor. c. 2.*

In unum collige, & coacerva cumulum, quidquid pulchri, grati, & amœni in hoc mundo oculi omnium hominum videre, aures audire, intellectus cogitare, & ex cogitare, phantasia sibi imaginari, & fingere possunt ; omnia hæc immensa & æternæ illi felicitati comparata evanescent, & instar splendidi vaporis in auras abeunt. Nihilominus suavi divinæ

Pro-

Providentiae dispositione ita factum est, ut quasi per rimas aliquid illius ineffabilis gloriæ, lucis & splendoris, quo Beati in patria vestiuntur, emicaret, ac tenuis radius nostros feriret, ac alliceret oculos, ut nos ipsorum exemplō incitati, in hac vita discamus inanem & vanam hujus mundi gloriam omnem, quin & nosmetipso spernere, & ab aliis libenter sperni.

Varia & multa hujus rei exempla, & argumenta in vitiis sanctorum virorum leguntur; Sanctum Agnatum Abbatem in medium adduco, & ex ejus mirabili vita ea propono, quæ demonstrent, quomodo Deus se glorificantes etiam in hac vita adhuc præviè glorificet. Hanc describit fusiūs Joannes Rhò Tomo I. de Sabatis Exemplo 79. & 110. Martyrologium Romanum ad diem 14. Decembri nominat illum miraculis illustrem, qui sapius Neapoli in aëre sublimis, & crucis vexillō armatus comparuerit ad civitatem suam liberandam, & contra hostes defendendam.

Ex stirpe sterili prodiit fructus miraculosus, sanctus hic Abbas, Joannæ matri ante imaginem Divæ Virginis ferventer oranti, & hoc ipsum petenti, voce sensibili ab eadem Divina Virgine promissus: in ætate adhuc infantili sufficienter prodidit, se agnoscere beneficium Virginis, cui vitam,

tam, & seipsum totum deberet, atque in acceptis referret; dum enim vix in lucem editus infans, ad imaginem illam divæ Virginis affertur, & in donum, vel potius tributum debitum offertur, ac manipatur; Infans Deo ac Deiparæ, quæ eum Joannæ matri suæ oranti voce sensibili promiserat, quasi vices redditurus linguam solvit, disertè & clare pronuntians, ac decurrens salutationem angelicam *Ave Maria*. Vitam dein inter heroicas virtutes etiam felicissimâ morte corona-vit relictâ post se famâ extraordinariæ, & singularissimæ sanctitatis. Cadaver, ut ejus demissioni, & seriz obtestationi obsecundaretur, cilicio cineribus instrato impositum, cœlestem exhalabat fragrantiam, in testimonium luculentum, sublimiori in celis gradu animam defuncti collocatam esse.

Per octo continuos dies ad venerandas sacras exuvias undatim confluxit Neapolitanus populus, nec mirum; quia non pauca, aut parca erant prodigia, quibus sanabantur instantaneè diversissimi generis ægroti, claudi, paralytici, à diabolis obsessi, nec ullum erat reperire, qui non voti damnatus, & sine solatio recederet. Hinc Fortunatus Neapolitanæ urbis Archiepiscopus suarum partium esse duxit, virum tot, & tam stupendis miraculis clarum sacris officere honoribus: convocatis

catis quatuor vicinis Episcopis, totoque Clero, præsente nobilitate, immensoque populo, solennissimâ pompâ sacrum ejus nomini Missæ sacrificium decantari curavit.

Illi, quos obstipatum hominibus templum non capiebat, mirum supra templi tectum conspexerunt spectaculum, quod omnes spectatores in Agnelli veneracionem rapuit: Serenissimo cœlo septem comparuerunt irides pulcherrimæ, quæ cum sinum soli non obverterent, clare demonstrabant, non solis radiis, sed peritiore, & divino penicillo se depictas esse, unâ alterâ sublimiore, servatâque inter se debitâ distantiâ & proportione: certa procul dubio indicia & signa illius tranquillæ pacis, qua beatus Abbas fruebatur super sidera. Ultimæ reliquis altiori, & elegantiori insidebat tanquam in throno Regina cœli, sole vestita, & stellis coronata. Ad ejus latus stabat beatus Agnellus religioso induitus habitu, brachium dextrum extendens, & obversæ manûs palmâ, quasi scuto civitatem protegens. Quivis hoc splendidum cœli prodigium spectare & contemplari commode, & usque ad sacerdotem potuit; duravit enim usque ad finem sacrificii ab Episcopo celebrati, stupente, & applaudente populo universo.

Ne

Neque hac solum vice beatus Abbas gloriam suam, qua fruebatur in cœlis, etiam in terris spectandam dedit; ut alias complures præteream, illam solam adduco, qua se juveni, cui nomen erat Romanus, visendum dedit: hic in tuto portu inter tot pericula & procellas tumultuantis mundi maris fluctuantem salutem collocaturus, in illud ipsum monasterium, cui paulò antè beatus Agnellus præfuerat, se recepit, Monachum indutus: vitam ducebatur Religioso dignam, & suis conformem Regulis, fervens, ac devotus; Deo permittente in morbum incidit ulcerosum, fœtidum, & ex plagis, toto corpore erumpentibus merum pus prudentem. Ita se gravem sibi, & aliis, ac toti monasterio molestum oneri & nauseæ esse conspicatus, cum ars medica nihil efficeret, ad divum Agnellum peritiorem, & meliorem medicum cœlestem se & vota sua convertit, sperans illius ope è certius salutem, tanquam domesticus & filius, quò liberaliorem eum sciebat in impetranda, & prodigiosè impertienda salute exteris.

Diebus noctes jungebat, precibus in templo ad flectendum etiam in vota sua communem omnium ægrorum soterem Agnellum fundendis intentus: dum noctem quandam inter ardentes mas preces
(N) in

in templo transigit, conspicatur aram principem clarissimis instar solis illustrari radiis; ad aræ pedem hujus claritatis & lucis fons & author stabat Agnellus, quatuor stipatus Angelis, quasi sacrificanti adstitutis: facile Romanus agnovit divum Agnillum, itaque nihil jam de impetranda sanitate dubitans, novo fervore, & certâ fiduciâ renovat, & repetit suas preces: his flecti visus Agnellus, ad oratorem pium propius accedit, eumque affatus, extensâ manu, accipe, inquit, hos nummos. Reponit Romanus: Pater optime, non peto pecunias vel divitias; erubescerem id modò à te petere, quod pridem, ut animæ saluti consulerem, sponte reliqui, & contempsi: liberari peto & rogo ab his ulceribus, non tantum mihi, sed omnibus consodalibus, & toti Monasterio inolestis. Sit ita, respondet beatus Abbas, nunc accipe hos nummos, & numerat illos. Paret, & numerat illos Romanus, & addit: sunt numero decem: optimè subjungit Agnellus: itaque post decem dies hoc ipsô locô iterum conveniemus, simûlque disparuit.

Romanus hac promissione animatus, Abbatii, & omnibus reliquis monachis mane sequenti narravit, quid sibi prærita nocte accidisset; illi apparitionem interpretantes arguebant, per nummos
au-

aureos indicari pretium temporis, cuius unicum etiam momentum est tanti valoris, ut illo ipsa beatitudo æterna comparari & emi possit; pararet se igitur quam diligentissime ad alteram sibi à Sancto promissam visitationem.

Præsente die decima omnes omnibantur, hanc fore diem ultimam ægritudinis, & primam sanitatis. Nocte Romano ad aram Virginis adgeniculante, & majori longè, quam alias unquam fervore preces iterante, adeat denuo divus Agnellus; cuius pedibus advolutus Romanus rogar, & obsecrat, sanitatem sibi impertiatur, & ipsius pedes stringens obtestatur, & protestatur, exclamans: non dimittam te, nisi benedixeris mihi, & sanaveris me. Aliquid moræ, inquit divus Abbas: necessariò prius interroganda est Virginea Dei Mater, an grata, & rata futura sit Divino suo filio sanatio tua corporalis: his dictis Agnellus ad imaginem Divinæ Virginis, supplicantis more se vertit, à qua responsum clarâ voce relabitur in hunc fere sensum: Monne illum monachum, Deo non placere, ut priori & firmæ sanitati restituatur, quæ ipsi paritura esset mortem, & quidem æternam; pateretur itaque libenter & ultro vultiera & ulcera sua, salutis æternæ fontes. Agnellus in Romanum oculos conjiciens, audisti' n, inquit, fili mi?

(N 2)

20-

acquiesce, tolera tranquillo, & sereno animo molestias, & dolores tui morbi, ulcerosas plagas tuas omni sanitatem, quam tam ardenter suspiras, salubiores, & saniores: Religioni, monasterio servi, quantum vires, & invaletudo tua permittent: quod non tantum præstatur fortis agendō, sed etiam patiendō; non diu durabit; sub anni finem mihi jungēris socius in Patria cœlesti, tunc experiēris, hanc tuam infirmitatem fuisse unicam, quamvis non nihil asperam, & salebrosam viam, qua tibi ad cœlestia gaudia fuit eluctandum.

Hæc promissa eos Romano addiderunt animos, ut omni recuperandæ salutis depositâ sollicitudine, & cogitatione, in ipsis infirmitatibus suis gloriaretur, & sua vulnera non aliter, quam certa salutis æternæ, bravi inchoandæ pignora cum gaudio intueretur: ejus in obsequio divino fervor hinc mirum in modum aëtus, in incendium Divini amoris videbatur erumpere. Illis, qui commiseratione tacti tot miseriis, & cruciatibus obruto condolebant, generoso & læto animo respondebat: has meas miserias, hæc mea ulcera non permutarem omnibus mundi thesauris & divitiis: hæc sunt claves, quibus mihi angustam cœli ianuam aperiam: hæc infirmitas mihi non est ad mortem, sed ad vitam & quidem æter-

æternam. Annum illum, quô se ad feli-
cem in cœlos transitum quàm posset,
optimè disponeret, ita transegit, ut fer-
ventissimum, & exactissimum tyronem
religiosum decebat; sub cuius finem vi-
tæ cursum consummavit, & ad cœlestia
gaudia lætus migravit, illud Pauli *ad*
Rom. c. 8. Non sunt condignæ passiones hu-
jus temporis ad futuram gloriam: ex-
perturus.

In Meditatione hodierna exarserit in
corde tuo ignis & amor adeundi, & pos-
sideri suo tempore cœlestem patriam,
tanquam scopum omnium votorum, &
desideriorum tuorum ultimum, bonum
verum, solidum, perpetuum, & unicum,
quod cor humanū satiare potest, cui cæte-
ra bona omnia comparata nihil aliud sunt,
quàm nugæ, puerorum crepundia, vanita-
tes, insaniae falsæ & vapor ad modicum
parens, somnia & mera mendacia, gau-
dia fallacia & aculeata, quæ non meren-
tur, ut propter illa pes levetur, vel ex-
tremus digitulus moveatur. Velim ta-
men te scire, ac meminisse, bonum hoc
inæstimabile, & imperceptibile non esse
solummodo donum gratuitum divinæ
misericordiæ & liberalitatis, sed esse si-
mul mercedem, & stipendium, quo
DEUS remuneratur, & coronat merita
nostra. In sacris Paganis modò vocatur
pallium, ad quod consequendum inde-

(N 3)

fesso

fesso cursu currendum, & tot aliis emul-
lis præcurrendum est, cùm multi, imò
omnes quidem sint vocati, non tamen
omnes electi. Modò vocatur corona,
ad quam acquirendam fortiter & acriter
pugnandum, tot tantique hostes infi-
stissimi devincendi, & debellandi sunt,
qui conjunctis & conjuratis vir'bus nos
arcere, & repellere conantur. Nunc va-
catur merces, denarius, qui non datur
nisi qui strenuè laboraverint, & porta-
verint pondus diei & æstus; qui impri-
gram locaverint operam Domino, à quo
conducti fuerunt. Nec sufficit, ut coe-
lo potiaris, nudum nomen Christiani
gerere, lingua Christi fidem profiteri, ni-
si facta & virtù tenor, morumque can-
dor fidei Christianæ responderint. Quid
prodest dici Ecclesiasticum, si vita no-
mini non respondeat? quid juvat esse Re-
ligiosum, si nihil religiosi vita præse-
rat, vel mores prodant?

Historia vigesima.

Pro Meditatione vigesima.

De Amore DEI.

E ffatum divi Augustini est, illum non
amare DEUM, qui aliquid amat pra-
ter DEUM: profectò insatiabilis esset cu-
piditas

piditas & avaritia, cui DEUS solus omnia in se complectens bona & divitias, non sufficeret. Sed quid ai'n? An non tenemur præter DEUM amare proximos nostros, quin & nosmetipos? quis hoc inficias iverit?

Verum hoc euidem est; Sed hic ipse amor, si quidem genuinus, à DEO imperatus amor proximi, & sui ipsius est, verus Dei amor est; cùm voluntas seipsum & proximum sicut seipsum propter DEUM amantis, non in his hærere, sed in DEO solo tandem sistere, & quiescere debat. Hinc Theologi non tres adstruunt charitatis habitus, quorum unus sit habitus charitatis erga DEUM, alter habitus charitatis erga proximum, tertius habitus charitatis erga nos ipsos, nam amor suipius, & proximi, siquidem sit supernaturalis, & profluat ex casto amore erga DEUM, reipsa est amor Dei, cùm ille huic subordinetur, nec ad alium finem ordinetur, quàm ut DEO placeamus, & DEUM in proximo, & in nobismetipsis amemus.

Ex hoc facile intelligitur illa ascetarum doctrina, afferentium, amorem divinum, ut verus sit, & perfectus, exigere cor vacuum, & ab omni alio affectu, & obiecto, quod DEUS non sit, liberum, & penitus avulsum: Nam per hoc nil aliud volunt, aut docent, quàm

(N 4)

cor

cor hominis DEUM verè & sincerè super omnia amantis oportere exutum, radicis abstractum, & defecatum esse ab omni affectu pure humano, terreno, & id DEUM, ut illi placeamus, non directe. Exemplar hujus rei præclarum tibi proponam in S. Andronico, & Athanasio, quorum vitam narrat Surius, & Lippomanus 17 Februarii, & mentionem facit Martyrologium Romanum ad diem nonum Octobris.

Hoc par lectissimorum conjugum semper mutuis castissimi amoris vinculis complectebatur in DEO, & propter DEUM, etiam postquam mutuo consensu facto divortio, monasticam vitam ducere cœperant. Erant ambo nobiles cives Antiochenses; & postquam ex matrimonio sustulerant binas proles, Joannem, & Mariam, decreverunt unanimi & communi consilio perfectius DEO serviendi desiderio, ab invicem eparati castitatem servare, ut ita cor ab omni affectu terreno depuratum totum DEO, & ejus amori consecrare possent. Sed Divina providentia, quæ servos suos fideles tribulationibus, ut aurum ignibus probare solet, permisit, ac disposuit, ut ambæ proles uno eodemque tempore corriperentur gravissimo morbo, eodemque mox in flore juventutis extinguerentur.

An-

Andronicus firmioris in DEUM amoris vir, facile suam voluntatem etiam in tam acerbo casu divinæ submisit, illud identidem cum paciente *Job c. 1.* repetens: *Dominus dedit, Dominus abstulit; sit nomen Domini benedictum.* Tam profundas radices in corde Athanasiae necdum fixerat divinus amor, sed tenacius adhuc hærebat amor maternus: acerbissimus erat sensus tam diræ, ac dolendæ jacturæ; disfluebat in amarissimas lachrymas, & quamvis compressio ac dissimulato tantisper dolore, pomparam funebrem cum marito, & nobilissima consanguineorum corona ad sepulchrum comitata fuisset; Justis tamen persolutis, & cum marito domum reversis omnibus, sola in templo remansit & hæsit per totam noctem Athanasia eò liberiùs justo dolori frænum laxatura, & ubiores lachrymas dilectis cineribus affusura, quo remotior foret ab arbitris.

Sub noctis umbilicum se divus Martyr Julianus, cuius nomini & honori tempulum fuerat dedicatum, sub habitu Monachi præsentem stitit, ita illam alloquens: mulier, quid ploras? cur tuis importunis gemitibus & singultibus illorum quietem qui in hac tomba contulati jacent, turbare pergis? Reverendissime Domine, respondet Athanasia, & si scires! sub hoc marmoreo lapide jacent

(N 5)

binæ

binæ proles meæ, bini mei ocelli, imò
ipsis oculis dilectiores, bini floculi, in
spes amplissimas uberrimorum fructuum
ex crescentes, unico impiæ falcis iactu à
crudeli morte demessi. Et tu prohibes,
ne materno & justo dolori, ex tam acer-
ba jactura concepto, hos gemitus, in-
star afflictæ turturis immolem, & paucis
lachrymulis hunc leniam, ac egeram?
Funde, itaque funde lachrymas, reponit
Divus, etiam uberrimas; fle & defle non
proles tuas, quæ cœlo jam receptæ, Deo
inter immensa gaudia fruuntur, ubi la-
chrymæ nullæ, nullus planctus, dolor
nullus locum habet; sed defle ipsum tuum
fletum, planctum, & dolorem tuum, qui
DEO non placet, nec placere potest:
an prolibus tuis invides sortem beatam,
qua fruuntur? vel DEO gloriam ex hac
prolium tuarum beata sorte, gratitudine,
& laudibus in DEUM redundantem?
minus amoris erga proles, & plus erga
DEUM! Athanasia à Divo Juliano cor-
recta, oculos mentis aperuit, & ama-
ras doloris in dulces amoris & gaudiī mu-
tavit lachrymas: maximo fuit solatio,
quod mors temporanea dilectissimis fi-
liis peperisset vitam & beatitudinem æ-
ternam in augmentum divinæ gloriæ tan-
topere redundantem.

Athanasia ex Janitore manè valvas
templi recludente sollicitè interrogans,
quis

quis esset Monachus ille, qui hac nocte templum ingressus, & paulò post ex illo iterum egressus fuisset, intelligit, nec Monachum, nec hominum quemquam portis clavis templum ingredi potuisse, quarum claves apud se, & in suis manibus tota nocte habuisset. Hinc minimè dubitatum est, quin monitor, & corredor ille paternus fuerit Divus Julianus Martyr sub schemate Monachi. Domum reversa toto oris & corporis habitu alacritatem, & lætitiam spirans, maritum Andronicum adit, & explicatâ inopinatae alacritatis suæ causâ petit licentiam se in Monasterium recipiendi, in quo ab omnibus sæculi curis, deliciis & illiciis avulsa, suas imposterum lachrymas eluendis & deflendis peccatis, non filiis impenderet; pronis auribus, & animis has uxoris optimæ preces excepit optimus maritus Andronicus, qui jam pridem secum ipso hæc ipsa consilia & desideria coxerat, nec aliud expectabat, quam uxoris consensum; atque ideo hoc ipsum illi candidè aperuit cum mutuo & ingenti utriusque solario. Quare unanimiter convenerunt & statuerunt majorem bonorum suorum partem transcribere, & consignare socero cum hac conditione, & eum in finem, ut xenodochium pro pauperibus & peregrinis fundet

det & extruat: quod ex opulentis facultibus supererat, inter pauperes distribuerunt, minimam ex his partem sibi reservantes pro viatico ad excurrendum Jerusalem usque, ibique visenda loca sacra, & adoranda à Christo in terris vivente, relicta vestigia, antequam se in monasteria abderent.

Ita omnem cum ipsis rebus deponentes affectum ad terrena & creata omnia, ad domum, ad domesticos, ad patriam, ad suos, ad sua, ut ita nudi & spoliati omnibus, Dominum nostrum Jesum Christum induerent, & omnibus rebus exutum, & vacuum cor solus DEUS impleret, & satiaret, Jerosolymam iter intenderunt; inde visitatis summa tenuitudo animi, & cultis ardentissima devotione sacrī locis ulterius perrexerunt inquisituri, Danielem Abbatem tunc temporis famā sanctitatis, & prudentiæ longè latēque celeberrimum, eūmque consulturi vel potius, ex eo tanquam ex Divino oraculo percepturi, ad quod singulos Monasterium DEUS destinasset, ubi reliquum vitæ in DEI obsequio consumerent. Athanasiaz Daniel suasit, ut se in Barthenonem, sive Monasterium Virginum Tabennense ob religiosam disciplinam, rigorem & fervorem præ reliquis dilaudatum reciperet,

quò

quò ipsam conduxit Andronicus, fidelis Dux & comes, Antistitiae tradidit, & inter teneros casti amoris mutuos affectus reliquit, non alibi, quām in cōelo revisendam: hoc paronymphi munere functus egregiè, & ad Abbatem Daniellem reversus, ab eodem in Monasterium receptus, & reliquis Monachis adnuntiatus fuit.

Duodecim in asceterio cum summo fervore, rigore, & maximo in omni virtutum genere laudabilissimè facto progressu, evolutis annis Andronicum rursus, ut accenderetur novo erga DEUM incarnatum amore, sacra loca lustrandi incessit desiderium, haud dubiè à DEO injectum, cùm paulò pòst Abbas hanc peregrinationem instituendi licentiam, cum benedictione multo lubentissimè petenti impertierit.

Semel itineris longius producti molestiis fatigatus sub arboris umbra se prostraverat, quietem aliquam fessis membris indulturus, cùm disponente DEO, Athanasia ita quiescenti supervenit, nam & ipsa cum Superiorum suorum licentia, quod tunc temporis nec rarum, nec insolitum erat, Jerosolymam properabat; ut autem decentius, & procul à variis periculis hæc pia peregrinatio instituatur, sub Monachi latebat habitu: primo statim

statim intuitu agnovit Andronicum maritum, quin tamen ab Andronico agnoscetur Athanasia, tum quia virilis Monachi habitus fæminam abscondebat; tum quia longa & rigida jejunia, corporis afflictiones, asperrimæ pœnitentiaz, sub ardoris solis, & Sirii radiis suscepti labores manuales, omnem prioris pulchritudinis speciem abraserant, vultum extenuaverant, & emaciaverant; vocem ipsam crassâ quadam raucedine exasperaverant, ut vix tenuia aliqua pristinae speciei ac decoris vestigia, vel rudera deprehendi possent.

Solitis salutationibus, & humanitatis Christianæ signis invicem functi, unus alterum interrogat, quò collimet, quæ causa, quæ meta viæ, & itineris suscepiti? & cùm comperissent, communem utrique unam eandemque esse mentem, intentionem, & scopum, Andronicus Athanasiam invitat in itineris communitatem & societatem: condicit illa libenter hac una conditione addita, ut in itinere, quantum fieri posset, exactè servaretur consuetum in Monasteriis silentium monasticum. Admissa conditione silentiosum iter prosecuti, Jerosolymam appellunt, sacra loca lustrant, venerantur, eximia Religione, ingentique consolatione animi adorant; ita renovato usque

usque ad ultimum halitum DEO servien-
di ardore, iter pari pietate, & observan-
tiâ relegerunt; quin Andronico vel mi-
nima cogitatio incideret, aut suspicio,
suam Athanasiam suo hærere lateri præ-
sentem.

In Ægyptum, & habitatas à Monachis
eremos feliciter reversa Athanasia, so-
cium Andronicum suavissimè invitat,
ut unà secum in eremitorio non procul
dissito à Monasterio, cui Daniel Abbas
præerat, commoraretur, & reliquum
vitæ in DEI servitio, virtutum indefesso
exercitio, & concordi perfectionis reli-
gioſe studio consumeret. Acceptata ab
Andronico amica invitatio, dummodo
Abbas Daniel suo quoque calculo id ap-
probaret; approbavit iste tunc denique,
postquam incogniti Monachi modum
vivendi priùs accuratè exploravit, & in
plenam notitiam virtutum illius venit.
Convixerunt igitur conjuncti tanquam
duo vivi carbones, se invicem verbis
& exemplis ad amorem DEI semper ve-
hementius inflammantes per duodecim
integros annos, Andronicus nihil co-
gitans, vel suspicans de præsentia Atha-
nasiae, Athanasia de se nullum, nec mi-
nimum quidem indicium dans Andro-
nico masculâ, & plus quam fœminea
constantia,

Visi-

Visitabat Abbas frequenter hoc nobile & sanctum par Monachorum, eosque ad perseverantiam animabat, donec tandem die quadam Athanasiam invenit ardenti febri æstuante eaque, vix non ad extrema deductam, & morti vicinam, monuit pius Pater filium suum Monachum Athanasiam de proximo mortis periculo, & imminentे vitæ, omniumque misericordiarum fine. Athanasia ferali nuntio minimè territa, sed potius recreata, & ipsamet vires deficere, & fatiscere sentiens, ardentissimè petiit ad hunc ultimum agonem extremis morientium Sacramentis more Christiano muniri, & obtinuit; his munita tenerimè devotione, imperturbatâ animi pace, & tranquillitate, suam Divinæ voluntati, ut semper consueverat, tunc maximè plenè substernens, & conformans, pridem ab omni erga creatuæ omnia affectu penitus libera, nil nisi Deum, vel propter Deum amare docta ac solita, inter pias adhortationes ac preces amantissimi Abbatis, & inter suavissimas non tam doloris, quam amoris, ac gaudii supernaturalis lachrymas, quas morienti adgeniculans ubertim effundebat Andronicus, placidissimè in patula Crucifixi vulnera innocentem efflavit animam.

Du-

Durante morbo rogaverat Abbatem ut Epistolam sub stramento, cui incubabat, latenter postquam fatis cessisset, protraheret, & Andronico suo legendam traderet, sperare enim se, hac lectâ Andronicum liberaliora suæ post mortem animæ suppeditaturum suffragia: Hæc itaque protracta, & prælecta omnes attonuit, & rectum huic usque secretum detexit, sub mortuo Monacho delituisse Athanasiam, suavissimam & fidissimam Andronici conjugem: tum enim verò in lachrymas, in laudem & admirationem tam heroicæ virtutis itum est: fama celerimè per vicinæ, quin & remotiora Monasteria, & eremitoria volans ingentem Monachorum numerum ad tantum spectaculum excivit, unde piis defunctæ manibus solennissimè à tot Monachis, & religiosissimè parentatum, & justa persoluta sunt, omnibus non lugubre Epicedium, sed lætum Epiciunum accinentibus. Nec diu ab invicem abesse potuerunt Andronicus & Athanasia, tam arctis inter se vinculis semper conjuncti in terris; nam paulò post Andronicus pariter viribus exhaustus succubuit, & præeuntem sociam individuam pari morte, nempe placidissimâ, & felicissimâ subsecutus,

(O)

uni-

unicam votorum & laborum suorum metam, vitam perennem consecutus est, socio, sociæ, & conjugi suæ in eodem sepulchro contumulatus.

Tu mirare & admirare in periodo vitæ horum conjugum ludentem diuinam providentiam: ut ab omni terreno & minus defæcato purgarentur affectu, eripuit ipsis binas proles oculis chariores; inde illos incitavit ad separationem à thoro; ad contemendas, dispergendas, & pauperibus danas divitias, ad amplectendam vitam Monasticam, quæ ipsos ab invicem toto vitæ tempore divulgos teneret; tandem illos denuò conjunxit quidem arctissimè, vix tamen aliter, quam si separatio sublata non fuisset. Ita ab omni alio amore & affectu utriusque cor purgatum, & vacuum solus Deus, excluso omni alio rivali, sibi vindicavit, occupavit, suo amore unicè inflammavit, & seipso, quippe infinito & unico Bono satiavit.

Itaque si & tu cupis, ac statuis DEUM verò sincerò, & perfectò amore imposterum prosequi, procul à tuo corde, & amore, arce ac proscribe rerum terrenarum, caducarum, vanarum,

rum, ne dicam sordidarum adulterinos affectus, qui Divini amoris lucidissimas, & purissimas flamas atro suo fumo obfuscant, vel omnino suffocant & extinguent. Nihil unquam ames, quam D E U M , vel propter DEUM ; DEUM in omnibus, omnia in DEO, & DEUM super omnia. Ni mis avarus es, si DEUS tibi non sufficit ; Insatiabilis es si DEUS sumum bonum te non satiat.



(O 2)

IN.

**



INDEX Historiarum.

Historia prima

Pro Meditatione prima

De ultimo fine hominis. Pag. 1

Historia secunda

Pro Meditatione secunda

De fine vocationis ad statum Ecclesiastici-
cum 13

Historia tertia

Pro Meditatione tertia

De gravitate peccati mortalis. 21

Historia quarta

Pro Meditatione quarta

De peccatis propriis. 31

Historia quinta

Pro Meditatione quinta

De morte. 44

Hi

Index Historiarum.

Historia sexta	
<i>Pro Meditatione sexta</i>	
De Judicio particulari.	55
Historia septima	
<i>Pro Meditatione septima</i>	
De Judicio universali.	68
Historia octava	
<i>Pro Meditatione octava</i>	
De inferno.	77
Historia nona	
<i>Pro Meditatione nona</i>	
De Peccatis venialibus.	88
Historia decima	
<i>Pro Meditatione decima</i>	
De Purgatorio.	95
Historia undecima	
<i>Pro Meditatione undecima</i>	
De filio prodigo.	103
Historia duodecima	
<i>Pro Meditatione duodecima</i>	
De duobus vexillis.	112
Historia decima tertia	
<i>Pro Meditatione decima tertia</i>	
De Nativitate Christi.	125
Historia decima quarta	
<i>Pro Meditatione decima quarta</i>	
De vita privata Christi.	133
(O 3)	Histo-

Index Historiarum.

Historia decima quinta

Pro Meditatione decima quinta

De Christi vita publica.

143

Historia decima sexta.

Pro Meditatione decima sexta

De Christo in horto Gethsemani sudante.

155

Historia decima septima

Pro Meditatione decima septima

De Passione Christi.

165

Historia decima octava

Pro Meditatione decima octava

De Resurrectione Christi.

176

Historia decima nona

Pro Meditatione decima nona

De Paradiso.

189


Historia vigesima


Pro Meditatione vigesima

De Amore Dei.

198









UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
4501